



Zentral-Institut  
für

Oberschlesische Landesforschung

Bücherverzeichnis Nr. 1374

Buchzeichen Nr. B / 511. geg

Standplatz Nr. III / 23

Bibliothek  
des

Zentral-Instituts  
für

Oberschlesische Landesforschung



Druck der u. s. p. i. t. a. r. v. m.  
Munichheim v. Zamm  
Blühend

Sz. XVIII

l. 39



8.5.29, 80

1374

# SILESIIORUM REI HISTORICAE

ET  
GENEALOGICAE ACCESSIONES,

QUIBUS

I. NICOLAI HENELII VITAE EPISCOPORUM  
WRATISLAVIENSIIUM.

II. DIPLOMATARII BOHEMO-SILESIACI CON-  
TINUATIO.

III. ILLUSTRISSINARUM, QUIBUS LIBERAE SILESIAE  
DYNASTIAE PARENT:

AB IISVE NOMEN, FAMILIARUM TABULAE  
GENEALOGICAE:

DENIQUE

IV. HISTORIAE GENEALOGICAE DUCUM PIA-  
STORUM SUPPLEMENTUM  
CONTINENTUR.

CLUSIT HOC SUAM IN COLLIGENDIS SCRIPTORIBUS  
RERUM SILESIACARUM ADHUC INEDITIS  
OPERAM

*FRIDRICUS WILHELMUS à SOMMERSBERG,*

*EQVES SILESIVS.*

---

LIPSIÆ

A. O. R. clō lacc xxxii

SUMTIBUS MICHAELIS HUBERTI, BIBLIOPOLAE

WRATISLAVIENSIS.



REI HISTORICAE  
SILESIORUM

Bibliothek  
des  
Zentral-Instituts  
für  
Ober-schlesische Landesforschung

224556 111



3

*Bibliothek  
Zentral-Institut  
für  
Ober-schlesische Landesforschung*



\*

DEO T. O. M. DVCE!

\*

VOTA

PRO

INCOLUMITATE OPTIMI MAXIMI CAESARIS

P. F. A. P. P.

ET PRO

AETERNITATE

AUGUSTISSIMAE AUSTRIACAE GENTIS.

\*

**D**Um Majestatem & Famam Imperii ad Ortum Solis ab Hesperio Cubili *Augusto* *Cæsare Imperante* porrectam gavisus fuerat Q. Horatius Flaccus, Custodem Rerum Carm. IV. Od. XV. five salutis, Tranquillitatis & Felicitatis publicæ *Cæsa.*

*Cæsarem Augustum* eodem Carminis Flumine his  
Verbis scripsit:

Custode Rerum *Cæsare*, non Furor

Civilis aut Vis eximet Otium,

Non Ira quæ procudit Enses,

Et miseras inimicat Urbes:

Non qui profundum Danubium bibunt

Edicta rumpent Julia, non Getæ,

Non Seres, infidive Persæ,

Non Tanaim prope Flumen orti.

Hæc Jani Gemini Augusto *Cæsare Imperante*  
*clusi* memoria: *Fortitudine* parata: *Constantia* servata.

Et quid sanctius & reverentius, quam hæc Tua  
Nomina, *Augustissime* cujus nunc Numine recrea-  
mur *Cæsar* colere, quibus Germaniam pacatam,  
*Italiam* liberatam, *Hispaniam* Augustam, *Hunga-*  
*riam* Locupletiolem, *Bobemiam* Felicissimam *Au-*  
*striam* Gentium Dominam, *Silesiam* pulcherrimam  
effecisti; Qui Bello & Pace *Cæsarum* Maximus ef-  
florescis. Oriens & Occidens Tuis Tropæis lustra-  
tus est, quæ Fortitudinis Tuæ monumenta Famam  
Tui Nominis comparant æternam, nec accepisse  
Te tantæ Gloriæ & omnium Laudum Concentum  
arbitratus es, quam si pro Utilitate communi par-  
ta Terra Marique Pax perpetua, *Constanciæ* Tuæ  
edidisset Beneficium, capias ergo hunc Nominis Tui  
ex uno omnium Hominum, Ætatum & Ordinum  
Consensu Fructum Gloriosissimum *Augustissime Im-*  
*perator*, ut quos securos & lætos Dies nunc agant  
*Germaniæ, Italiæ, Hispaniæ, Hungariæ, Bobemiæ, &*  
*Austriæ* imo tot aliæ, quas Fœdere Tuis Auspiciis fir-  
mato



mato junxisti Gentes, *Tibi* referant acceptos singulos, *Tua* se sentiant Ope recreatas, *Tua* Benignitate & Indulgentia revocatas.


Hæc inter Otia quæ *Augustissimus Cæsar* Orbi Terrarum fecit, quæ Barbarorum nuper ad Gubernacula Byzantii evecto Regi hoc ipso Tempore Metum & Terrorem incutiunt, ut *Vindobonam, Fortunæ & Aquilæ Victricis* sedem rogans & supplicans solemnī Legatione adeat, quæ denique *Maximi Imperatoris* Arcem Studiis & Artibus *Publicarum Aedium* nomine inscribunt, liceat & nobis pro Incolumitate *Benignissimi Patriæ Patris* Vota concipere, ut Conditor & Conservator Imperii Nostri *DEUS T. O. M.* hunc *Augustissimum Salutis & Tranquillitatis nostræ Custodem, Maximum Principem, meliorem Augusto, Feliciorē Traiano,* summæ Senectutis Insignibus ornare, & numerosam hanc *Constantiæ & Fortitudinis Augustæ* Gloriam *Filii tot Orbis Austriaci* Votis & Lacrymis exoptati Orta velit augere, quod unicum deest Pacis Terra Marique partæ Ornamentum. Et dabit hoc communi Utilitati, dabit *Tuis Laudibus, tisque virtutibus Augustissime Cæsar,* qui *tua Pietate, tua Benignitate, tua Clementia, tua Continentia & Sanctitate ipse lætatur DEUS T. O. M.* Fœcunditatis Parens, in Cujus Sinum confugimus, cujus Opem invocamus, qui vel hoc uno Nomine adorandus & indulgentissimus omnibus existit, quod *Patrem se* nobis præbuerit.

Testantur hoc pulcherrima præteriti Temporis Monumenta, *DEUM T. O. M. Augustissimam Gentem* tam manifestum ac præsentem, quam Cœlum ac Sydera tueri: *D. Imp. Rudolphum I.* inter concussæ ruentisque Germaniæ Turbas diu vici-

norum Injuriis Bellisque vexatum ad summum  
 Orbis evexit Fastigium magnaue Terrarum Re-  
 ctoribus Suis Vacantium Mole locupletavit:  
*D. Imp. Maximilianum I. unicum Rebus Austriacis*  
 Solatium, præcipiti Rupe hærentem, triumque  
 fere Dierum Spatio Inedia ac Siti laborantem cœ-  
 lesti liberavit Auxilio, *D. Philippum I. Castellæ Re-*  
*gem* magno Fragilitatis humanæ Exemplo primo  
 Ætatis Flore, haud tamen prius occidere passus,  
 quam *D. D. Carolum & Ferdinandum*: Illum *Quinti*:  
 Hunc *Primi* Nomine Venerandum, in tot Terra-  
 rum Gentiumque diversissimarum Gaudium reli-  
 quisset, & *Austriacæ Majestatis* Famam ab Ortu So-  
 lis ad Helperium Cubile firmasset: *D. Ferdinan-*  
*dum II. Imp.* inter surgentis Belli Tricennalis Tur-  
 bines Tempestatesque, ad Pragam in Albo Monte  
 præstans Victorem: & qui particeps & Socius Cu-  
 rarum, inde Successor Imperii fuit *Filium Paterna-*  
*rum Virtutum Hæredem D. Imp. Ferdinandum III. Vi-*  
 ctoriam ad Nördlingam sua prius Manu reportan-  
 tem *Pacati* deinceps *Orbis Christiani* Gloria accu-  
 mulans: denique *D. Leopoldum I. Imp. Aug. Glorio-*  
*ssimum Maximi Imperatoris nostri Parentem*, Uni-  
 cum tunc *Germaniæ & Orbis Austriaci* Præsidium  
 Tertio Connubii Fœdere *Filiis Summæ Potestatis*  
 Hæredibus ex Voto dignissimis augens: Taceo  
 tot ingentia alia *DEI Præsentis in Augustissimam Gen-*  
*tem* collata Beneficia, & quibus Vindobonam bar-  
 barorum Insolentia bis obsessam, ac Barcinonem  
 Furore Hostium fere oppressam, *Augustissimi vero*  
 & *Invictissimi Cæsaris nostri* Constantia & Fortitudi-  
 ne fultam, præstitit incolumen. Hic ergo Condi-  
 tor & Conservator Tanti Imperii *DEUS T. O. M.*  
 qui in hoc amplissimum Gloriæ Fastigium *Impera-*  
*toriam Gentem Austriacam* extulit, Eandem fir-  
 met, protegat, & in commune tot nationum Ter-  
 rarum-

rarumque Bonum ad eum usque quem Orbi decrevit ultimum superesse jubeat Diem: *Caroloque VI. P.F.A.P.P. Cæsarum Maximo*: non nisi functo longissima Statione mortali relato in Cœlum *Filium* Successorem destinet, cujus Humeri tantæ Terrarum Moli sustinendæ sufficient, quam ipsius suffecisse lætamur: sic *Magnus Silesiæ Ducatus Austriaco Sole* fultus, perpetua Pace efflorescet, & *Wratislavia Provinciæ Caput Millesimum Annum* imo plures prisca Hilaritate & effuso omnium  
 Ordinum Hominum & ætatum  
 applausu superabit:

*Fiat Feliciter!*







✱

## Argumenta Capitem

quæ

Hoc Volumine continentur.

✱

**S**olutis his pro Salute OPTIMI MAXIMI CAESARIS Votis, quibus nostra Salus, Secūritas & Libertas fundantur, finis Operi imponendus est, quo Patriæ carissimæ & vicinarum Gentium Rem Historicam ac Genealogicam adornare licuit, ea ratione qua in Præfatione ad Tomum II. Scriptorum nostrorum ante biennium fidem dedi. Causas quæ Animum a Scriptione revocare poterant enumerare nolo plures, sit una, imperfecti Laboris Metus, excitarunt aliæ, ex quibus maxima, qua sola Portum consecutus sum, Amor in Patriam. Atque ut hinc Capitem quæ hoc Volumine continentur Argumenta proferam, licuit

I. Ex ipsius Celeberrimi Nostri Henelii Codice Manu Scripto Seriem EPISCOPORUM WRATISLAVIENSIIUM edere, quam multo Labore & Studio, totque tam cufis, quam Manu Scriptis inter se collatis Libris Præstantissimus Auctor collegerat, & locupletiore reddere, Vitas subjungendo, quas in Annalibus Wratislaviensibus MSSis Nicol. Pohlius exhibuit, quousque eas singula-

res

res quasdam Circumstantias secum ferre cognoscerem. Causam quod denuo Vitas Episcoporum Wratislaviensium, ceu Tomo II. Scriptorum nostrorum jam factum esse constat, in Lucem proferrem, Adventum SERENISSIMI ELECTORIS MOGUNTINI habui, quem uno omnium Applausu nuper excepit Silesia, qui raro Felicitatis Munere, ab An. 1683. EPISCOPATU SILESIAE functus, appropinquantis Anni Jubilæi Gaudia, quæ Antecessorum nemini attingere datum, præsentit:

II. DIPLOMATARII BOHEMO-SILESIACI CONTINUATIO Ortum suum debere proficitur Gratia CELSISSIMI PRINCIPIS DOMINI DOMINI CAROLI FRIDRICI, DUCIS WURTEMBERGICI TECCENSIS: AC IN SILESIA OLSNENSIS, PRINCIPIS ET DOMINI MEI LONGE CLEMENTISSIMI: Qui quamvis Olsnæ suæ repetito Anni elapsi 1730. Mense Aprili Incendio absumptæ lugeret Occasum, quamvis suorum Lachrymas & Vulnera hæc ingentia SIBI IPSI illata sentiret, DEO Tamen confusus eodem in omnes amabili Vultu, ac ante motas Turbines Tempestatesque pronus, Litteras quoque & Studia Amplexu suo, Majoribus licet Rei publicæ restituendæ Curis revocatus, fovere non destitit, mihi que quicquid in Arcis suæ (quam solam tunc DEUS T. O. M. Paterni inter flagrantia Tecta Affectus memor salvam præstittit) Suppellectile Diplomatica haberet a Majoribus REGIO SANGUINE oriundis reliquum, intra Musei spatium transmitti indulgentissime concessit, unde Diplomatarii nostri Bohemo-Silesiaci aliud secundumque Flumen natum. Afferunt ex Diplomati-  
bus his ECCLESIAE WRATISLAVIENSI tam CATHEDRALI S. JOHANNIS quam S. CRUCIS quæ ab XI. ad XXX. usque sequuntur Ornamentum, & EPISCOPUM WRATISLAVIENSEM GROTKOVIENSEM Terram Ducatus & Feudi Nomine a BOHEMIAE REGE accipere testatur Dipl. LXVI. Affirmant inde Res a CAROLO IV. IMP. AUG. gestas XXXI. XXXII. XXXIII. XLV. LIV. LV. LVI. LVII. Ejusque Patrem JOHANNEM BOHEMIAE REGEM an. 1332. Sponsam accepisse ELISABETHEN: FRIDRICI III. Pulchri: ROMANORUM REGIS: Ducis AUSTRIAE Filiam XXXIV. Augustæ vero Gentis Lucemburgicæ Pacta cum AUSTRIACIS inita exhibent XXXV. XXXVIII. XXXIX. XL. XLI. XLII. XLIII. cum BAVARIS XXXVI. XXXVII. denique cum BURGGRAVIIS NORIMBERGENSIBUS, MARCHIONIBUS MISNIAE, & WURTEMBERGICA FAMILIA XLIV. XLVI. XLVII. XLVIII. XLIX. L. LI. LII. OETTINGENSES COMITES Landgravios Alsatiæ asserit LIII. Landgraviorum de Leuchten-

tenberg & Comitum de Hohenlohe, aliorumque S. R. I. Nobilium Feuda quæ a BOHEMIAE REGE accepta ferunt, recenset LVI. LVIII. LIX. LX. LXI. LXII. LXIII. LXIV. LXV. taceo reliqua, quæ Wladizlai Loſtici Regis Cracoviæ Res & Equitum Theutonico-  
rum veluti LXIII. LXIX. LXXI. - - LXXVII. imprimis vero Ducum Silesiæ † Suidnicensium & Javoriensium a I. Dipl. ad X. inde a LXXIX. ad CI. Coslensium a LXXVIII. & CXX. ad CXXXI. Olsnensium a CII. ad CXIX. a CXL. - CXLVI. a CLI. - CXCVIII. Glogoviensium e. g. CV. CLXIII. CLXIV Teshnensium a CXXI. ad. - CXXVIII. Lignicensium CXXIX. CXXX. & Monsterbergen-  
sium a CXLVII. ad CL. †† illustrant.

III. EXCELLENTISSIMARUM deinceps FAMILIARUM quibus Liberæ Silesiæ Dynastia parent, aut quibus ab his Nomen, Tabulas Genealogicas addidi, non ab omni parte perfectas, quod ingenue confitendum, emendatiores tamen aliis, & Monumentis Fide dignis &

Imam quidem SCHAFFGOTSCHIAE GENTIS quæ in commune Patriæ bonum nata, ab HENRICI II. PII: MAGNI DUCIS SILESIAE ET POLONIAE: quem & inter Imagines suas PIASTEO REGIO SANGUINE eminens refert, ætate, Toga & armis in Silesia enituit, Ducatumque Suidnicensis ac Javoriensis Præfecturam ac Officia Hæreditaria tot egregiis Virtutibus meruit ut AUGUSTISSIMI CAESARES totius quoque Provinciæ Gubernacula SCHAFFGOTSCHIUS inde dirigenda commiserint. Trachenbergensem Inferioris Silesiæ Dynastiam Liberam iis olim ††† post KURTZBACHIOS BARONES subjectam fuisse testantur Annales, ad HATZFELDIOS COMITES quidem Belli Tricennalis Tempore translatam, salvo tamen SCHAFFGOTSCHIAE GENTI Jure se L. B. Trachenbergenses adpellandi, & salva Prærogativa D. CAESARIS FERDINANDI II. Gratia olim concessa, quam eandem ac Silesiæ Ducum esse Diploma Dissertationi nostræ Historiæ, quæ Tabulam hanc Genealogicam excipit, insertum testatur:

2a. DOH-

† Has Beneficio *Nobilissimi* DNI SCHINDLERI: Fisci Regii per Ducatus Suidnicensem & Javoriensem Advocati Celeberrimi me habere profiteor, qui & nuper Tabularum Cerearum Javoriensium quas Rei nostræ Historiæ pulcherrimum & vetustissimum Monumentum miratus sum, & aliorum MSSorum Codicum nobilissimorum Copiam fecit, uti est Antiquitatis Patriæ Indagator solertissimus.

†† Supererant plura, imprimis quæ SERENISSIMAE REGIAE GENTIS JAGELLONICAE Res cumulatus & curatius edunt ex authenticis descripta.

††† Quorum Tabula Genealogica extat Tomo I. Script. nostr. pag. 368. seqq.



2a DOHNAVIORUM GENTEM bellicis Laudibus fulgentissimam descripsi, e Galliae Narbonensis Finibus CAROLO M. AUG. IMPERANTE in Germaniam translata, & Dynastiam Silesiae Inferioris Liberam Wartenbergensem postea consecutam:

3a MALZANIORUM, Pomeraniae Finibus progressam, magnis in AUGUSTISSIMAM GENTEM AUSTRIACAM meritis inclytam, cui Silesiae Inferioris Dynastia libera Milicensis paret:

4a PROMNICIORUM, ortu Silesiam, REGUMQUE olim BOHEMIAE nunc POLONIAE Necessitudine ILLUSTRISSIMAM, cui Dynastia libera superioris Silesiae Plessensis ab Episcopo Wratislaviensi BALTHASARE PROMNICIO an. 1542. Emtionis Titulo vindicata:

5a HAZFELDIORUM S. R. I. COMITUM: primo in Cathedralibus Germaniae ecclesiis loco, Franconiae Orientalis Ducali Dignitate seculo superiore, Reique publicae inter tricennalis Belli Turbines Tempestatesque Ope lata conspicuam, cui liberam inferioris Silesiae Dynastiam Trachembergenssem D. FERDINANDUS III. IMP. AUG. bellicae Virtutis Praemium concessit:


6a HENCKELIORUM S. R. I. COMITUM: Ortu Hungariam, sed ex Scepusiensi Comitatu in AUSTRIAM, denique in Silesiam magno utriusque Commmodo translata, & Dynastia superioris Silesiae libera Bithomiensi, quae Ducatus olim Titulo inclaruit, potitam:

7a vero SCHOENAICHIORUM S. R. I. COMITUM, quae a Bolezlai Alti: Maximi Ducis Silesiae & Poloniae Aetate tot in Germaniam universam meritis collatis innotuit, ut L. B. BÜTHOMIENSIUM (inferioris haec Silesiae Dynastia libera, sive carolathensis est, altera Büthomienfis superioris Silesiae) Illustre nomen exterarum quoque Gentium Annalibus illatum nulla unquam delere possit oblivio.

Hisce VII. Tab. Genealogicis Diplomata, Monumenta, Scriptorum denique Testimonia accedunt quae Rerum gestarum seriem probant & firmant, quamvis singulae integra Volumina mereantur & deponant, quod &

IV. de Supplemento in Rem Genealogicam Ducum Silesiae  
Piaſteorum Tomo I. explicatam allato affirmandum, quod non  
niſi Lineas quasdam continet Diplomatibus nunc editis deſcriptas.

Rogamus A. L. ut hoc opere ex Amore in Patriam nato quale  
dediſſe licuit ſit contentus, & non Gloriam ſed Patriae me inſervire  
ſtudiſſe cogitet; confido me ad praeſtabilia elaboranda  
alios gratae Aemulationis Stimulis  
excitaſſe.



I.

NICOLAI HENELII AB HENNENFELD  
S. C. R. M. ET ILLUSTRISS. LIGNIC. DUCIS  
CONSILIARII DUCATUS MONSTERBERGENSIS

ET

TERRITORII FRANCOSTEINENSIS PRO-  
CANCELLARII AC INCLYTÆ REIPUBLICÆ  
WRATISLAVIENSIS OLIM SYNDICI

SERIES  
EPISCOPORUM  
WRATISLAVIENSIVM

EX

*VARIIS AUCTORIBUS ET COLLATIS INTER  
SE TAM CUSIS QUAM MSSTIS CONGESTA*

NUNC

EX CODICE IPSIUS AUCTORIS MANUSCRIPTO EDITA ET  
OBSERVATIONIBUS AC ADDITIONIBUS NECESSARIIS  
INSTRUCTA.





## I. GODOFREDUS.



Hunc primum primi Christianorum in hac Regione collecti Cœtus  
 Pastorem fuisse, Historiarum Testimoniis satis firmis constat. A. O. R. 965.  
 Cum enim anno post Natum CHRISTUM 965. Micislaus SILESIA  
 Pol. Princeps abdicato impio pessimorum Dæmonum Cultu CHRISTO  
 Gnesnæ cum sua gente per salutare baptismum CHRISTO initiare- Nomen dedit.  
 tur: exstructis templis quamplurimis, Smogroviensem quoque  
 Cathedram in Villa, quæ hodie Smogra dicitur, & in parte Aquil-  
 onari ostenditur Viatori, milliar. ferme X. distans Wratislavia, fundavit, cui primus constituto  
 Antistes a Johanne XIII. P. R. datus, & ab Ægydio Cardinale, Episcopo Tusculano Imo. Episco-  
 confirmatus fuit Godofredus, quem dixi, Civis ut vulgo creditur, Romanus, sed quem po GODO-  
 Genere Germanum fuisse ex nomine quis conjicere posset. Is rudes populorum animos FREDO  
 Christianis Mysteriis diligenter informando, non exiguam pietatis sementem fecit.  
 Templum Smogroviense Memoriam D. JOHANNIS BAPTISTAE, quem a Nascente qui multis in  
 in his terris Christianismo Gens nostra venerata fuit, eo usque, ut Principes etiam in suis cam meritis  
 Titulis nomen S. JOHANNIS præscriberent, ipsaque adeo Urbs Wratislaviensis hodie collatis  
 que insignia gestet, in quibus CAPUT S. JOHANNIS BAPTISTAE in patina  
 argentea in media scuti regione apparet, dicatum legitur, cetera vile & abjectum. Nec  
 vero universi hujus Episcopatus primæ foundationis ullæ exstant Litteræ, nec is aut splen-  
 dor aut Reditus, ut cum Wratislaviensi, qualis postea fuit, atque etiam nunc est, ullam  
 partem contendere possit. Muneri suo cum præfuisse novus Episcopus annis XVII. obit A. C. 983.  
 tam cum morte commutavit \* A. C. 983.

A 2

II. Ur-

\* Pohlius in Annal. Wratisl. MSStis ad An. 983. „Als Godefridus Bischoff zu Smogra XVII.  
 „Jahr lang mit viel Mühe und Arbeit die ansehenden Christen unterwies, und die Kirchen  
 „von Smogra bis an Lübus hinan in der Mark bestellet und versehen, ist nach seinem Abster-  
 „ben auf Verordnung Micislai, von Rom (in Mangel gelehrter Leute in Pohlen und Schle-  
 „sien) zum andern Bischoffe erfordert und eingesetzt worden URBANUS I. auch ein edler  
 „Römer, ein gerechter, frommer und verständiger Mann, der zu Fortpflanzung und Er-  
 „haltung der Religion etliche gelehrte Leute und gute Bücher mit sich aus Welschland ge-  
 „bracht, die erste Thumerey, Schul, samt einer Liberey zu Schmogra angerichtet, darin-  
 „nen man der Jugend den Grund der Christlichen Lehre, die lateinische Sprache und Anfang  
 „derer freyen Künste eingebeudet, und zu gottseeligen Übungen und nützlichen Ceremonien  
 „gewöhnet hat, die er so weit gebracht, daß man Priester aus ihnen hat wehlen und nehmen  
 „können, und nicht mehr von Rom oder anderswo holen dürfen.

## II. URBANUS.

Succedit  
URBANUS.  
II. Episc. Wratisl.  
qui Ecclesia  
amplificata  
defunctus est  
A. C. 1005.

Godofredo defuncto, Urbanus e nobili \* Romanorum familia, S. Mariae Majoris in Urbe Canonicis iussu Benedicti VI. P. R. successor datus, qui viris quibusdam literatis ex Italia secum una cum supellectile utilium librorum adductis, scholam recentis teneræque ecclesiae nutriculam in provincia aperuit, & latinum doceri sermonem, Christianæque pietatis studia curavit. Sedit Ann. XXII. obiit autem A. C. 1005.

## III. CLEMENS.

Succedit  
CLEMENS  
III. Episc. Wratisl.  
mortuus A. C. 1027.

Nobilis hic Italus, \*\* Urbani ex Urbe Comes, non Cleri tantum sed populi etiam Votis & suffragio electus, hodie vero a solis Canonicis electio Episcoporum peragitur, XXII. An. cum Ecclesiam rexisset naturæ debitum solvit \*\*\* A. C. 1027. in Smogrovienfi templo terræ demandatus.

## IV. LUCILIUS.

LUCILIUS  
IV. Episc.  
WRATISL.  
† A. C. 1036.

Nobilis & hic Italus, severus inhonestorum morum Castigator fuit Podagricus cum sedisset An. IX. vitam exiit, cunque ipse pudicitiam maxime coleret, non nisi castitatis studiosos amavit, & ad dignitates promovit, & Smogrovia sepulturam accepit. A. C. 1036. Episcopatus IX. Bibliotheca sua ecclesiae testamento relicta.

## V. LEONHARDUS.

LEONHARDUS  
V. Episc.  
WRATISL. sedem  
Ecclesiae  
Smogrovia  
Bicinam  
transtulit.  
† A. C. 1045.

Nobilis idem Profapia (a) Italus, Lucilio a Collegio Sacerdotum suffectus, post Bellum, quo Boemi Silesiam vastabant, Anno Episcopatus Vto. Sedem Episcopalem ex Autoritate & Consensu P. R. atque Casimiri Regis Poloniae Smogrovia Bicinam (opidum id districtus hodie Bregensis) transtulit, & Episcopatus nomen immutavit, ut Bicinensis non Smogrovienfis deinceps appellaretur. Mortalitem complevit, febre extinctus quartana A. C. 1045. cum sedisset An. IX.

## VI. TIMOTHEUS.

TIMOTHEUS  
VI. Episc.  
WRATISL.

Vacantem Leonhardi morte, sedem anrea pene spretam, plures appetiverunt, mutata praesertim Electionis forma. Electus autem fuit a Collegio (b) Timotheus, homo & ipse

\* Columnensium, ut insignia ex vetusto Cod. MSCto depromta & Tom. II. a nobis inserta probant.

\*\* Pohlius l. c. ad An. 1005. „An Bischoffs Urbani statt ward mit Bewilligung Königs Boletzlai „von den Dohm-Herren und Christlichen Gemeine einer von den Gelehrten zu Smogro erwehlet, und von Hyppolito dem Ertz-Bischoffe zu Gnesen geweiht: Clemens ein edler „Römer, der mit Urbano aus Italien kommen und der Pohlnischen Sprach ziemlich kundig „war, hat mit predigen großen Fleiß angewendet, die heydnische Götzen-Dienste vollends „abzuschaffen und auszurotten.

\*\*\* Pohlius l. c. ad An. 1027. „Starb an einem Fieber und liegt mit seinen Vorfahren zu Smogro begraben. Clemens der III. Bischoff in Schlesien, welcher zwey Jahr zuvor bey der „Krönung Mieslai II. und Richsæ, neben andern Bischöffen zu Gnesen gewesen. In Bisthum „folgte ihm nach Lucilius I. ein gelehrter gebohrner Wahle, dieser IV. Bischoff vom Podagra bestricket hat, die studia und gelehrte Leute geliebt, einen erbarn Wandel geführt, „der Seinigen, so an Reichthum und Vermögen zugenommen, unordentlich Leben ernstlich „gestrafft, und eine herrliche Bibliothecam gezeuget.

(a) Pohlius l. c. ad An. 1036. „Nach tödtlichen Abgang Bischoffs Lucilii, der seine Bibliothec dem Dohm-Capitul zu Smogro hinterlassen, ward zum V. Bischoff einhellig erwehlet, „und von Stephano Ertz-Bischoff zu Gnesen ordinirt und consecrirt. LEONHARDUS „ein Wahle, Dohm-Dechant und Schul-Rector in Collegio, ein Liebhaber der Wahrheit „und Gerechtigkeit, hat viel Geld und Guth zuwege gebracht.

(b) Pohlius l. c. ad An. 1045. „starb am Quartan-Fieber Bischoff LEONHARDUS liegt zu Pitschen begraben. Itzt rissen sich ihrer viel um das vorhingeringe und schlechte Bisthum, „endlich ist Timotheus aus Italia bürtig wegen seiner Erfahrenheit im geistlichen Recht, vom „Dohm-Capitul zum VI. Bischoff erwehlet worden. Wird den 12. Mertz von Stephano „Ertz-Bischoff zu Gnesen geweiht: aber stets siech und kranck an der Darm-Gicht.



& ipse Italus, genere nobili natus, peritus Legum Pontificiarum & viræ laudatæ a Stephano Archi-Episcopo Gneznenfi d. 12. Marty. A. C. 1045. confirmatus. Diem suum † A. C. 1051. fato clausit ex intestinorum passione A. C. 1051. cum IV. annis ecclesiam rexisset. Vi-  
duarum & Orphanorum Patronus singularis.

## VII. HIERONYMUS.

Nobilis hic Romanus, sed Italarum (quales quidem Reges Poloniae ideo haud du-  
bie eligi periniferunt, quod Polonia nondum homines illos gigneret, qui Episcopi fieri  
possent,) ultimus fuit. Eo sedem tenente Casimirus Pol. Rex, Collegium Episcopi  
Silesii, quod prius Smogroviz, ac postea Bicini fuerat, Wratislaviam in Insulam urbi  
vicinam transtulit ac magis idonea redditum donatione auxit & amplificavit. Ab hoc er-  
go tempore (c) Hieronymus caterique deinceps Praefules Wratislaviensis Titulum in  
hunc usque diem habuerunt. Neque tamen existimandum est, primum istud templum  
Cathedrale, sicut in loco amoeniore ut & commodiore (quam quidem unam translationis  
non aliam causam assignant Historici) structum fuit; ita opus multo pretiosius fuisse  
Smogroviensi aut Bicinensi templo, cum similiter tantum fuerit ligneum. Deductæ  
sunt & in Poloniam sub hæc tempora, ut gratus Rex esset suis nutritiis, Coloniz quasi  
quædam Ordinis S. BENEDICTI Monachorum Principis, e quibus Sodalitium unum  
Leubusinum in Silesiam ad Viadri Ripam, ubi celebrem olim Idoli Ethnici Cultum fuis-  
se attestatur Curæus, collocatum fuit, compluribus illi pagis & conventibus aliis attribu-  
tis. Sedit Hieronymus An. XI, dysenteria extinctus A. C. 1062. (d) Wratislaviz, ubi  
& funus ejus curatum.

HIERONY-  
MUS VII.  
EP. WRAT.  
in Insulam S.  
JOHANNIS  
Wratislaviz  
Rege jubente  
transtulit

† A. C. 1062

## VIII. JOHANNES. I.

Primus hic ex natione & nobilitate Polonica, Accipitri nempe Familia, Pontifica-  
lem promeruit in Silesia dignitatem, ad honores sacros populares suos maxime promo-  
vit. Ex eoque tempore Itali in Silesia eminere desierunt, cum Episcopatu annis ferme  
C. præfuerint. Cum Calculi doloribus conflictatus X. Episcopus Anno, CHRISTI  
autem Ao. 1072. (e) vivere desit.

JOHAN-  
NES. I. VIII.  
EP. WRAT.  
Gente Polo-  
nus  
† A. C. 1072.

## IX. PETRUS I.

Genus inter Polonos ducense ex nobili Familia Vulpina, a Collegio Canonici-  
Johanni succenturiatus Reditus ecclesiæ, & munerum Canonici-  
auxit, ultimumque  
habuit

PETRUS I.  
IX. EP. WR.

A 3

(c) Pohlius ad An. 1051. „starb Bischoff TIMOTHEUS an welches statt den 1, Julii kommen ist  
„HIERONYMUS, der Geburt aus Rom, der Kirchen zu Pitschen Cantor, der VII. Bischoff.  
„Hat nach großem Guth und hoher Würdigkeit gestrebet, aus der Stadt Rom vom Pabst S.  
„Vincentii Haupt, S. Martini, S. Clementis, S. Gregorii, S. Sebastiani, S. Timothei Ar-  
„men als Heiligthum gebracht,

(d) Pohlius ad An. 1062. „starb am Durchlauff Hieronymus, der I. Bischoff zu Breslau liegt in  
„S. Johann. Kirchen, welche noch gering und höltzern war, begraben. Den 1. Aug. ward  
„erwehlet Johannes I. ein edler Pohl aus dem Habichten Geschlechte, so ein Huf-Eissen im  
„Schilde, und darzwischen ein Creutz führen. Der erste einländische und VIII. Bischoff  
„in Schlesien, von Petro Ertz-Bischoff zu Gnesen ordinirt, und von P. Alexandro confir-  
„mirt, der allein seine Landsleute und sonst keine andere Nation, in der abgestorbenen Prä-  
„laten und Thum-Herren Stelle eingenommen hat.

(e) Pohlius ad An. 1072. „starb an Steinschmertzen Bischoff Johannes d. 8. Sept. ward am  
„Tage Mariæ Geburt der IX. Schlesische Bischoff von den Capitularibus erwehlet, PETRUS  
„Scholasticus des Dohm-Stifts zu Breslau, aus der Fuchsen adlichen Geschlecht in Pohlen  
„gebohren, die auf dem Duppel Creutz einen Pfeil im rothen Feld führen. STANISLAI  
„des Bischoffs zu Cracau Verwandter und lieber Freund, von Petro Ertz-Bischoff zu Gne-  
„sen ordinirt. Er hat seine Kirch gebessert, viel Güter und Vorwerck dazu erkaufft, die Zahl  
„der Dohm-Herren vermehret, und die Unvermögenden auf seine Unkosten und Einkom-  
„men unterhalten,

† A. C. 1091. habuit annum a partu (f) VIRGINIS 1091. postquam electus esset XIX. familiariter notus fuisse scribitur Stanislao Episcopo Cracoviensi, qui A. C. 1029. d. 8. May. a Bolezlao interfectus, ob vitæ morumque Sanctitatem & quæ ab eo edita dicuntur Miracula CLXXV. post mortem anno litagente Bolezlao V. & Episcopo Cracoviensi Prendora ab Innocentio IV. Divorum numero adscriptus, Polonis hodieque Patronus & Tutela colitur.

## X. ZYROS LAUS.

Zyroslaus X. Ep. WRAT. Ex Nobili Rosarum familia, Rosam albam in Campo rubro deferentium apud Polonos, ex Provincia Cujaviæ oriundus, a Martino Archi-Episcopo inauguratus. Cantum ac Ceremonias Ecclesiæ Cracoviensis in sua Diœcesi observari iussit ac IX. annum Episcopus anno (g) 1100. diem clausit, ad Antecessorum Cineres Wratislaviæ reconditus.

## XI. IMISLAUS. I. aliis HAYMO.

HAYMO. XI. EP. WRAT. Antiquæ Lestitarum stirpis Nobilis Polonus. Commendatum a studio castitatis, avaritiæ odio, singularique Liberalitate & Munificentia erga pauperes. Eo adjuvante ab eodem Bolezlao Collegium Sacerdotum primariorum, quos Prælatos & Canonicos vocant, juxta & Vicariorum in Majore Glogovia fundatum & restitutum est. Episcopatum cum gessisset An. XXVI. e vita discessit (h) A. C. 1126. Cui juxta Wratislaviæ in templo Cathedrali perfoluta sunt.

## XII. RUPERTUS. I.

RUPERTUS. XII. EP. WRAT. ad Cracoviensem Episcopatum vocatus † A. C. 1143. Natione hic Polonus ex Familia nobilium, qui Galeram sive magnam Navim marinam pro insigni deferunt, oriundus, per viam scrutinii a sacri Collegii fodalibus electus, atque a Jacobo I. Archi-Episcopo Gneznensi confirmatus, Munus deinde consecrationis in Ecclesia Callisfensi suscepit. Episcopatum Wratislaviensem Annis XVII. provide gubernavit, indeque ad Cracoviensem translatus, cum illi annis duobus præfuisset. Obiit d. 12. April. A. C. 1143. Vir tantis muneribus dignissimus καὶ ἀληθῶς ἐπίσκοπος. Floruit eo tempore & in pretio fuit S. BERNHARDUS, primus Abbas Clarevalensis in Galliis, pietate & sanctimonia Vitæ præstans.

## XIII. MAGNUS.

MAGNUS. XIII. EP. WRAT. Vacante non ex morte Præfulis, sed ejusdem in Ecclesiam Cracoviensem translatione, sede, Innocentius II. P. R. cujus Munus erat Ecclesiæ providere, Litteris ac precibus Bolezlai Ducis Poloniæ & Capituli Wratislav. permotus, Episcopum illis dedit MAGNUM, Zarembarum generis Polonici Nobilem, Ecclesiarum Wratislav. & Cracoviens. Canonicum & Gneznensis Custodem, ipsiusque adeo Ducis Cancellarium. Inauguratus fuit ab Episcopo Gneznensi: Vir litteris divinis & humanis eruditus, sed ad iram proclivior & in cognatos suos indulgentior, quorum aliquos ad sacras dignitates

(f) Rositzius Tom. I. script. nostr. annum habet 1111. Pohlius vero communem annalium sententiam secutus hæc ad An. 1091. „, starb in hohem Alter Bischoff Petrus I. an seine „, Statt kam d. 11. Nov. der X. Schlesische Bischoff Zyroslaus, Dohm-Probst, eines ansehnlichen Geschlechts in Pohlen, die eine weiße Rose im rothen Felde führen, von Martino „, Ertz-Bischoff zu Gnesen ordiniret. Er hatte große Lust zu den Kirchen-Gepraengen getragen, und die Ordnung derer Lectionen und Gesaenge, wie sie es zu Cracau halten, in die „, Kirche eingeführet.

(g) Rositzius l. c. An. habet 1120. Pohlius vero hæc ad An. 1100. starb Zyroslaus. I. Bischoff „, zu Breslau, dem den 1. Nov. Imislaus oder Haymo nachfolgt, eines züchtigen Lebens, mild „, gegen denen Armen; sonderlich denen Studierenden. Von Jacobo Ertz-Bischoff zu Gne- „, sen ordiniret. Auf sein Angeben hat Bolezlao III. zu Verrichtung und Übung des Gottes-Dienstes den Dohm zu Glogau gestiftet, und dem Dohm zu Breslau einverleibet.

(h) Pohlius ad An. 1126. „, starb am viertaegigen Fieber Haymo der I. Bischoff in Schlesien. „, An seine Statt ist den 14. Aug. kommen RUPERTUS, Custos: von Jacobo, Ertz-Bischoff zu Gnesen ordiniret. Wegen seines berühmten Fleißes und Aufrichtigkeit ward „, er XV. Jahr hernach zum Bischoff von Cracau beruffen und eingesetzt.

tates, quamquam minus dignos promovit. Vixit V. Annos cum dimidio in Episcopatu, ac febris corruptus sævissima naturæ debitum solvit, (i) A. C. 1146. Wratislaviæ † A. C. 1146. tumulatus.

## XIV. JOHANNES II.

Janicus idem & Janislaus nonnullis dictus, equestri Gryphum sive Griffonum, ut vulgo vocant, Gryphum album in Campo rubro pro insigni habentium, Familia ortus, cum Præpositus Wratislaviensis esset, scrutinii Via tanquam modestiore a Canonicis prolata, intercedente adhuc Bolezlao Crispo, Ethnarcha Polonia, in Episcopum electus & ab Archi-Episcopo Gneznensi confirmatus fuit. Vir doctus, placidus, Ordinisque Cisterciensium, ipsique Bernhardo percarus. Transacto Wratislaviæ benedictione ad Gneznensem Archi-Episcopatum per Eugenium III. P. R. suffragatus, & consentiente Principe, quem dixi, Bolezlao, eo se contulit, & successori locum fecit. Vita defunctus A. C. 1165.

JOHANNES II. XIV. EP. WRAT.

ad Gneznensem Archi-Episcopatum vocatus † A. C. 1165.

## XV. WALTHERUS. I.

Johanne Episcopo Gnesnam relato, Waltherus, Scholasticus Cracoviensis & Canonicus Wratisl. Bolezlai Alti, Polonia Principis, Cancellarius, ex nobili Zadoreorum Familia progenitus, Eugenio III. P. R. consentiente Bolezlao successit: qui Basilicam Wratislaviensem ad id tempus ligneam, muro exædificavit, in eumque Ordinem Ceremoniarum, Cantus & Vestitus, imo cum Liliis illis bisseris, quæ ab eo tempore pro Peculio quasi, & perpetuis propriisque Ornamentis & insignibus Ecclesia sibi vindicavit, ex Lugdunensi omnium Galliarum nobilissima & antiquissima induxit: ea inquam Ecclesia, cujus invidendum extat apud Bernhardum Elogium hujusmodi verbis concessum: „Inter Ecclesias Galliarum constat profecto Lugdunensem hætenus præminuisse, sic, sicut dignitate sedis, sic honestis studiis & laudabilibus institutis. Ubi enim æque viguit disciplinæ censura, morum gravitas, maturitas consiliorum, auctoritatis pondus, antiquitatis insigne? præsertim in officiis Ecclesiasticis haud facile unquam repentinis visâ est novitatibus acquiescere, nec se aliquando juvenili passæst decolorari brevitate, Ecclesia plena judicii. „Hæc ille. At noster, post gravissimos Colicæ dolores, viam universæ Carnis ingressus, ac Wratislaviæ conditus fuisse legitur (k) „Anno C. 1170.

Waltherus I. XV. EP. WR. ad Ritus Ecclesiæ Lugdunensis Wratislaviensem formans.

Elogium Ecclesiæ Lugdunensis.

Mors Episcopi A. C. 1170. secuta.

## XVI. ZYROSLAUS II.

Eodem quo Waltherus obiit Anno d. 12. Martii per viam compromissi electus fuit Zyroslaus, ex Rosarum Familia, albam in Insignibus Rosam tenentibus, Originem trahens, qui plurimum alias ab Religione, vitæ munditia & liberalitate commendatus, hoc uno Collegium graviter offendit, quod Lubense Monasterium a Bolezlao Alto, Siles. Duce restitutum, e spoliis Ecclesiæ Wratislav. ditavit, attributis ipsi decimis manipularibus in Lignicensi Ducatu ad Episcopale Jus pertinentibus. Præfuit An. XI. Excessit III. Non. April. (l) A. C. 1181.

ZYROSLAUS II. XVI. EP. WR. Gente Rosarum ortus. † A. C. 1181.

## XVII. FRAN-

(i) Pohlius l. c. ad An. 1146. „In diesem Jahr starb Bischoff Magnus am Quartan-Fieber. Ihm succedirte d. 4. Sept. der XIV. Bischoff, Johannes II. Dohm-Probst, der Greiffen Geschlechts, die einen weissen Greiff im rothen Felde führen. Wegen seiner Gottseligkeit sehr berühmt, hat die Cistercienser Mönche aus Burgund des Ordens S. Bernhards, so noch im Leben war, die wegen ihres Fleisses im Studiren und Übung der Gottseligkeit vor allen andern beschryen, in Schlesien beruffen. Ward nach zwey Jahren gen Gnesen zum Ertzbischoff beruffen.

(k) An adhuc 1178. superstitem fuisse Diploma probat CXXVII. spec. C. nostri D. Tom. I. Pohlius vero hæc ad An. 1170. „d. 27. Jenner starb im XXII. Jahre seines Bischoffs an der Colica Bischoff WALTHERUS, liegt in der Dohm-Kirchen begraben, welchem ZYROSLAUS, Canonicus zu Breslau der XVI. Bischoff in Schlesien d. 12. Merz durch die Wahl gefolget. Eines guten frommen Lebens, mild gegen die Armen und Gelehrten.

(l) Pohlius l. c. ad Annum 1181. „Nach Bischoffs ZYROSLAI II. den 3. April. am dreytägigen Fieber tödtlichen Abgang, ward den 1. May erwehlet, der XVII. Bischoff, FRANCISCUS I. ein geborner Schlesier, Hertzogs BOLEZLAI Cantzler, vom Petro II. Ertzbischoff zu Gnesen bestätigt: ist immerzu schwach und kranck gewesen.



## XVII. FRANCISCUS I.

FRANCISC.  
I. XVII. EP.  
WRAT. Ducis  
Bolezlai  
Alti Cancellarius  
Gente Praudita  
Silesius.  
† A. C. 1198.

Zyrosloao defuncto, per scrutinii viam ad id honoris & oneris culmen e Canonico Wratzl. & Bolezlai Alti Cancellario evectus, atque a Petro II. Gneznenfi Archi-Episcopo confirmatus est: Franciscus, Silesius, nobili Prauditarum, qui Leonem ex muro coctili prodeuntem, pro insigni deferunt, oriundus: Vir gravis, humanus ac Jure peritus. Sedit Annos XVII. cumque Vitium pulmonis (Phthisin Medici appellant) contraxisset, atque ex succo Corpore tabescere paulatim coepisset, ex eo tandem morbo obiit (m) A. C. 1198.

## XVIII. JAROSLAUS.

JAROSLAUS  
Dux Silesiae  
XVIII. EP.  
WRAT. Ducatum  
Nissensem  
Ecclesiae  
Wratislaviensis  
conferret.

Patrem hic habuit Excelsissimum Silesiae Principem BOLEZLAUM ALTUM, ad cuius ipse instantiam, nemine discrepante a Collegii Sodalibus in Episcopum electus fuit. Nissensem Urbem a Patre sibi datam, cum oppidis, arcibus, villis & universo adeo territorio, primo statim Gubernationis suae Anno, Episcopatu Wratislaviensi jure sempiterno adjunxit & addixit, ac praeterea Zyrosloai donationem Leubensi factam monasterio rescidit. In Genitorem impius, quem principatu deturbare conatus, Novercam gravidam e Provincia ejecit & in Germaniam secedere coegit. Quae in Parentes vitam ei, cum Triennium tantum praefuisset, praescidisse creditur, vita functo X. Kal. Febr. (n) A. C. 1201.

## XIX. CYPRIANUS.

CYPRIAN.  
XIX. EP.  
WRAT. EP.  
olim Leub.  
& Abbas D.  
Vincent. WR.  
† A. C. 1207.

Vir laudatae eruditionis & Vitae, ex Abbate D. Vincentii in Suburbanis Wratislaviensibus, Episcopus Lebusiensis: ad Wratislaviensem exinde Cathedram a Collegii Sodalibus, multis de causis postulatus fuit, eam rem ratam habente Innocentio III. P. R. Praefuit sexennio, paralyti VI. Kal. Dec. (o) A. C. 1207. extinctus & in Leubensi Monasterio, uti mandaverat, sepultus.

## XX. LAURENTIUS I.

LAURENTIUS  
I. XX. EP.  
WRAT.

cui Lis cum  
Episcopo Cracoviensi.

Episcopi suffragia, mediante scrutinii via, paucis fratrum suorum Canonici Wratislaviensium, renitentibus, nactus, & ab Henrico Archi-Episcopo Gneznenfi inauguratus, XXV. annis Pedum tenuit & opus Episcopatus haud contemnenda accessione locupletavit. Ingratiam quoque Canonici tenues Praebendas habentium C. marci annui redditus concessis. Lis illi fuisse legitur de Jure *προεδρίας* sive Loci dignitate cum Episcopo Gracoviensi Ivone, qui Laurentio in publico confesso cedere nolente Romam ipse profectus est, ut impetraret a Pontifice Diploma, quo sua ecclesia Wratislaviensi ac reliquis praeponderaret. Sub Laurentii Praefulatu fundata sunt in Silesia Monasteria Goldbergense, Naumburgense Augustinianorum, quod Saganum postea translatum, Suidicense, Dei paræ Virgini sacrum Franciscanorum, Henrichovien- se item & Caminecense, Cisterciensis Ordinis, qui & Grisorum vulgo dictus, speculum ac Flos tunc habebatur omnium religiosorum. Addunt nonnulli Trebnicense, sed quod sub ipsius Antecessore condi coeptum constat. Ex nimio rosarum Odore morbo Rhev-

(m) Pohlius l. c. ad Annum 1198. „Nach Absterben Bischoffs FRANCISCI, ward auf Beförderung seines Vatern Hertzogs BOLEZLAI den 1. Junij zur Bischöflichen Würde erhaben, Hertzog JAROSLAUS, der erste aus Fürstlichem Stamme gebohren, Fr. Wenceslawæ der Reußlin Sohn, von Zidislao Ertz-Bischoff zu Gnesen bestätigt und geweiht.“

(n) Vid. de eo Tabul. nostram Genealog. I. Tom. I. N. 9. Pohlius hæc ad Annum 1201. „Den 23. Jan. ist gestorben, Hertzog Jaroslaus der XVIII. Bischoff zu Breslau. Er hat dem Kloster Leubus d. Einkommen, so seine Vorfahren dazu geschlagen, eingezogen: Seinen Vater mit Hülffe seines Vetter Hertzogs Mieslai zu Rattibor, verfolgt und betrübet, daß er ihn gezwungen ihm Breslau einzugeben, die er doch dem Vater wieder abtreten müssen. Seine Stief-Mutter da sie schweren Leibes, hat er aus dem Lande gejagt. Solche geübte Unbarmhertzigkeit und Grausamkeit gegen die Seinigen, haben ihm das Leben verkürzt. Er liegt in der Thum-Kirche begraben, An seine Statt ward d. 1. May folgenden Jahres ins Bisthum gesetzt: Cyprianus Bischoff zu Leubus, weyl. Abt von S. Vincenz, von Pabst Innocent. III. bestätigt.“

(o) Pohl. l. c. ad An. 1207. „Den 21. Nov. starb am Schläge im 6. Jahre seiner Residenz. Cyprianus der XIX. Bischoff in Schlesien, liegt nach seiner Anordnung im Kloster Leubus begraben.“

Rhevinatico contracto, a quo Medicorum studio liberari non potuit, mortem haud vulgarem in Pradio suo Preichau appetiit d. VII. Id. Junji Anno æræ Christianæ (p) 1232. Exanimè Corpus prope Cyprianum in monasterio Leubensi Terræ mandatum est.

† A. C. 1232.  
ex nimio Ro-  
farum odore.

## XXI. THOMAS I.

Nobilis Polonus de stirpe & Familia Baronum quires hastas transversaliter in Campo rubeo deferunt pro insigni & Caput Hirci in Galea, ejusdem anni, quo antecessor obiit, Aug. Menle per scrutinii Viam ad Episcopatum conscendit, eumque annis XXXV. inter publicas & priyatas calamitates gubernavit. Incidit enim in ejus Regimen Tartarorum in Silesia irruptio. Adversarium ipse habuit, quod Donationes a Cypriano & Laurentio Episcopis, Leubensi ac Trebnicensi Cœnobiis factas noller habere ratas, ac decimas ex veteri instituto solvendas in summam pecuniæ commutare noller Bolezlaum Calvum, Ducem Lignicensem, Henrici Pii. Eo Fasces tenente edita est Bulla (q) Innocentii IV. P. R. qua recipit Ecclesiam Wratislav. cum omnibus ecclesiæ bonis, quorum pleraque nominatim longo ordine recensita, in Protectionem sedis Apostolicæ, eximitque Episcopatum a Jurisdictione omnium aliorum Episcoporum & Archi-Episcoporum salva tamen auctoritate Metropolitanæ in casibus ei a jure concessis: data ea Bulla Lugduni A. C. 1245. V. eid. Aug. ac præter Papam ab XI. Cardinalibus subscripta. Cœperunt quoque sub hoc Episcopo Monasteria Wratislaviensia S. Jacobi & S. Claræ: Hospitale item D. Matthiæ Crucigerorum cum rubea stella. Quin & tunc Wlatizlaus, Casimiri F. Dux Oppolienfis cum Coniuge sua Euphemia Ordini Cisterciensi condidit in suo illo Ducatu Monasterium, quod nunc Rauden a sublabente fluvio dicitur: ipse a suo nomine vocitatur Claustrum Wlatislaviense. Cujus ex infoboles id in Chelmnick, seu ut jam profertur Jemelnick. Quibus cœvæ fere sunt illæ ejusdem Cisterciensis Regulæ in finibus Silesiæ aliis, Paradisus & Nova Cella Fato functi, cum Ecclesiæ donasset villas suas Patrimoniales, Cazono & Powidsko, Capitulo autem fertones ac decimas in XVII. villis circa montem aureum pro quotidianis distributionibus, itemque omnes decimas in Bicinensi & Cruceburgensi districtibus (r) A. C. 1267. III. Kal. Junii. Cineres & Ossa Wratislaviæ quiescunt.

THOMAS I.  
XXI. EP.  
WRAT. Gena-  
te Pol. Cosle-  
roga.

quo Præsiden-  
te multæ Sile-  
siam calamita-  
tes adflixerunt, in pri-  
mis Tartaro-  
rum Irruptio

Monasteria  
varia ejus sub  
Auspiciis  
condita

† A. C. 1267.  
d. 30. May.

## XXII. THOMAS II.

In Thomæ I. Locum proximis Augusti Kalend. a Capitularibus electus Nepos ex THOMAS  
forore cognominis Thomas II. Stirpis Zarembarum, Nobilis Polonus, sed cujus con- II. XXII EP.  
firmatio tribus circiter annis impedita fuit, per Wladizlaum, Archi-Episcopum Salis- WRAT. Gena-  
burgensem, Silesiæ Ducem, cui Episcopatus tunc vacans a Clemente IV. P. R. cum usu Pol.  
& perceptione fructuum & reddituum ad sexennium, ut vero nonnullis placet, ad vitæ tem-  
pora, in Commendam datus fuit, pro recepto nimirum antiquitus more, quo cum Ec-  
clesiæ vacanti non statim Rector idoneus præfici poterat, solebat ea interim probo alicui  
viro commendari. Itaque poterat & alterius Ecclesiæ Rectori hæc curatio committi. Nec  
enim contra Canones Pontificios duabus ecclesiis præfici, aut ab una ad alteram transire  
B vide-

(p) Pohlius l. c. ad An. 1232. „Bischoff Laurentius als er sich in seinem Gute Preichau im Stei-  
„nauschen, mit vielem und stetem Rosen-Geruch erlustiget, erregte er ihm einen Catharr,  
„daher er in die Darrsucht fiel, und d. 9. Jul. dran starb. Liegt zu Leubus bey seinen Vorfah-  
„ren begraben. An seine Statt ward d. 15. Aug. der XXI. Bischoff in Schlesiens erwehlet,  
„THOMAS I. einer des Pohnischen Adels aus dem Geschlecht derer, die drey geschrenckte  
„Copien im rothen Felde und auf dem Helm ein Bocks-Haupt führen. Er brachte wieder  
„an sich das Einkommen, so die vorigen Bischöffe auf Anhalten des Fürsten den Klöstern  
„Leubus und Trebniz geschencket, deswegen er ihm viel Widerwärtigkeit und Unglück  
„auf den Hals gezogen.

(q) Extat Tom. I. script. nostror. pag. 779. seqq.

(r) Pohlius l. c. ad An. 1267. „Nach vielfältiger ausgestandener Widerwärtigkeit starb Tho-  
„mas I. Bischoff zu Breslau d. 30. Tag Maji, liegt in der Thum-Kirche. An seine Statt  
„ward d. 1. Augusti erwehlet der XXII. Bischoff Thomas II. des verstorbenen Bischoffs  
„Schwester Sohn, ein elender unglückseliger Mann: Wladizlaus der Ertz-Bischoff zu Saltz-  
„burg haltende und verwaltende die Vormundschaft des Fürstenthums Breslau, erlangte  
„vom Pabst Clemente IV. die Einkommen des Bisthums zu seinem Aufenthalt sechs Jahr zu  
„gebrauchen.

Reditibus  
Episcopatus  
in multos  
annos carens  
imo Armis  
Henr. IV.  
Ducis Sil.  
Wratisl. vexa-  
tus.

Tandem JU-  
REDUCALI  
in Terra Nif-  
fensi donatus

† A. C. 1291.

videbatur, cum unus ecclesiæ Pastor perpetuus, alterius vero Custos temporarius esset. At vero Wladizlaus vix triennio superstes, Thomæ Episcopo possessionem reliquit: sed quam ille minime quietam & pacificam passus est HENRICUS PROBUS; Dux Wratislaviensis, a quo nimirum varie exagitatus, in Exilium pulsus, omnibusque Episcopatus bonis exutus, ac Ratiboriæ tandem obsessus fuit, sed exitu tam læto, ut cum Episcopus in Henrici castra Sacerdotum stipatus Corona, habitu Pontificio se contulisset, alter alteri magna omnium admiratione reconciliatus fuerit: ipseque adeo Princeps haut modo Collegium (s) S. CRUCIS erexit: sed & peculiari Diplomate ac privilegio libertatem omnimodam ecclesiæ Wratislaviensi super Terra Niffensi & Ottmuchoviensi, omnibusque aliis bonis cum mero & mixto Imperio concesserit, renunciando omni penitus suo iuri Ducali: idque ipsum in Episcopos contulerit, restituto insuper districto Bandloviensi, quem Episcopo per vim abstulerat. Signatum (t) Diploma (quod quidem Henrico II. male Schickfusius adscripsit: A. C. 1290. uti ex Inventario privilegiorum Ducatus Wratislaviensis colligere licet, nec aliud nos credere historia temporum permittit) in Vigilia S. JOHANNIS Baptiste, atque adeo ipso die, qui noctem principi fatalem præcessit. Id vero privilegium non solum Archi-Episcopus Gnesnensis cum suis suffraganeis ratum habuit poena excommunicationis iis denunciata, qui violare hanc principis concessionem ausus fuerat, ipseque Nicolaus IV. P. R. peculiari Bulla confirmavit: & Henrici Frater Bolezlaus, Dux Silesiæ Glogoviensis approbavit, sed & auctor Cromerus Rer. Polon. Lib. X. Henricum Probum Wratislaviam ipsam, cum omni territorio ecclesiæ & Episcopo sempiterno Jure donasse, sed quam Donationem Thomas Episcopus ratam & gratam habere noluit. Sedit Episcopus ecclesiæ collegiatæ Ratiboriensis Fundator Annis XXV. cujus sub Anno Christi (u) 1291. demortui, Wratislaviensis ecclesiæ Corpus humo contexit.

### XXIII. JOHANNES III.

JOHAN-  
NES III.  
XXIII. JEP.  
WRAT.  
Gente Szuli-  
mita Pol. ele-  
ctus. Conra-  
do Gibbofo  
Duce Silesiæ  
neglecto.

† A. C. 1301.

Vacante per Thomæ II. obitum Cathedra Wratislaviensi, Capitulares via scrutinii omissa in Decanum, Cantorem & Custodem compromiserunt, qui pro autoritate sibi attributa e Collegio suo JOHANNEM Romka dictum, natione Polonum, genere nobilem, de Domo & familia Szulimitarum, qui mediam aquilam nigram ac tres lapides in Campo rubeo deferebant, eligunt, Conrado Gibbofo, Principe Saganensi, qui præpositum agebat præterito. Quæ quidem causa fuit, cur novus Episcopus aulis minus gratus esset. Cum Nissa Trebnicium proficisceretur, ab Abbatisa & Conventu ejus loci rogatus, ut in ipsa S. BARTHOLOMAEI die missarum ibi solemniter celebraret, in homines quosdam maleficos incidit, qui non modo Episcopum ac Canonicos, quos habebat Comites, totamque adeo Familiam ejus, Equis, vestibus & rebus aliis spoliaverunt, sed & nulla Dignitatis & honoris Clericalis ratione habita manus violentas in Episcopum injicere ausi, vulnus ejus corpori ad usque sanguinis effusionem infixerunt. Ab Gneznenfi Antistite more antecessorum consecratus, Dioecesin administravit IX. annis, Wratislaviæ mortuus XIII. Kal. Januarii Anno Christi (x) 1301. ibidemque funeratus; sub ejus Præsulatu Monasterium Griffense a Bolcone Suidnicensium Duce conditum.

XXIV. HEN-

(s) vid. Dipl. XXVI, spec. Cod. Siles. D. Tom. I. script. nostror. p. 801.

(t) vid. Dipl. VI. p. 781. ibid.

(u) Pohlius l. c. ad An. 1292. „Den 15. Martii starb Bischoff Thomas II. liegt in der Thum-Kirche. An seine Statt ward durch das Suffragium Jacobi Simpke, des Ertz-Bischoffs zu Gnesen der XXIII. Bischoff erwehlet, und Conrado Gibbofo, dem Hertzoge zu Steinau und Bischoffe zu Breslau vorgezogen. Johannes III. Romka: einer von Adelaus Pohlen, bey dieses Zeiten ward das Kloster Gruffau erbauet.

(x) Pohlius l. c. ad An. 1301. „Den 19. Nov. starb an der Pest, Bischoff Johannes III. liegt auf dem Thum begraben, mit dieser Grab-Schrift.

„Mille trecen. primo Dominis Nascentis in imo

„Transactis annis, finitur vita Johannis:

„Continet hæc fossa Romkai Præsulis ossa

„Corde parens casta, stertenti in pulvere quæso

„Sorde carens æsta mihi mortis vulnere læso.



## XXIV. HENRICUS I.

Oriundus hic ex Familia Dominorum de Wirbena, five ex nobilibus Polonis, qui se se Dzialoffa appellant, (ita scriptum reperio in Catalogo Episcoporum Wratislaviensium, tametsi Johannes Longinus sic dictus putat, quod de Vico Wirbena ortum ducere) cœpit anno ejusdem sæculi secundo, ac sequenti mox anno Wenceslai Regis Poloniae & Bojemiae Conjugem Richsam, alio nomine Elisabetham, Przemislai Regis Pol. filiam d. 26. Maji. quæ sacra Pentecoste insignis erat Pragæ in D. Viti Basilica, adfensum præbento Moguntino Archi-Episcopo (Gnezensem addit Michovius,) coronavit & in Reginam inunxit. Biennio post Synodum Diœcesanam Wratislaviæ celebravit, edita constitutione, quæ inter statuta synodalia legitur, quæ & de Antecessore ejus consulere licet p. m. 27. Bolezlao Suidnicensium Duce defuncto Henrici V. Ducis Wratisl. Liberrorum Tutelam suscepit, sed ut suorum ipsius reddituum, sic & Thesauri, quem Bolezlao pupillis collegerat, decoctor: ob id a Principibus pubertatem jam adeptis graviter afflictus. Ultimum vitæ annum habuit, Episcopatus XIX. qui & a Christo nato (y) 1318. in tanta quidem rerum inopia, ut sumtus funeris curandi ex publico suppeditari oportuerit.

HENRIC. I.  
XXIV. EP.  
WRAT.  
COMES DE  
WRBNA  
An. 1303.  
ELISA-  
BETH. BOH.  
ET POL. Re-  
ginam sacro  
diademate  
cinxit. an.  
1305. syno-  
dum Diœce-  
sanam cele-  
bravit.

## XXV. VITUS.

Henrici mortem electio excepit factiosa: Ecclesiæ primoribus adeo discordibus ut nonnulli quidem VITUM Silesium, alii LUTHOLDUM Polonum, illum ex Habdan- kiorum, hunc ex Wirsonum Familiis eligerent. Ea res, cum neutra Pars alteri vellet cedere ad summi Pontificis Johannis XXII. Tribunal delata, totoque septennio, non sine perniciofa ecclesiæ Vacatione pertinaciter disceptata fuit, quousque tandem in Judicio solenni pro Vito pronunciatum est, cujus quidem rei causam, quæ quidem in veteribus Monumentis consignata sit, non aliam reperire est, quam quod omni Jure sit receptum, ut exteri cedant indigenis in adipiscendis beneficiis, si inter eos fiat concursus. At vero Vitus victor, vix octo diebus post relatum a Lutholdo Triumphum superstes, victus ipse a morte vitam reliquit, (z) A. C. 1326.

VITUS.  
XXV. EP.  
WRAT.  
Gente Hab-  
Jankius Ad-  
versarium na-  
tus Luthol-  
dum Wirsa.  
quo superato  
† A. C. 1326.

## XXVI. NANKERUS.

Vito Episcopo immatura morte sibi subtracto, Capitulares insuper habita, tam Scrutinii quam Compromissi via, NANKERUM nobilem Silesium, gente Oxium ex Cracoviensi Cathedra, quam annis VI. cum dimidio tenuerat, hæc inter alia sui erga illam adfectus monimento relicto, quod Basilicam Cracoviensem, quæ A. C. 1306. conflagraverat, dirutis veteribus muris, in eam, quam nunc obtinet formam & amplitudinem reedificavit, ad Wratislaviensem postularunt: ipsum quidem eo minus reluctanter, quod alaphum a Wladizlao Loctico: Pol. Rege, ob defensionem ecclesiæ jura sibi impactum, graviter & ægre ferret. Erat enim Jurium Ecclesiasticorum Propugnator acerrimus, nullasque pro illis, quamvis Magnatum, offensiones & simultates subire veritus. Expertus id, cum primis JOHANNES Bojemiae Rex, qui cum Milicium arcem Episcopalem in ulterius Poloniae finibus, ut munitionem haberet arcendis Polonis, deditione ab Henrico de Wirben, Archi-Diacono facta, occupasset, eamque frustra Episcopos, quamvis importunis

NANKERUS  
XXVI. EP.  
WRAT.  
Gente Oxius  
Sil. antea  
Episc. Cracov.

Jurium Eccle-  
siasticor: Pro-  
pugnator  
acerrimus

B 2

flagi-

(y) Pohl. l. c. ad An. 1319. „Den 23. Sept. starb am Quartan-Fieber HENRICUS Bischoff zu „Breslau, wegen seiner præchtigen Hofhaltung ist er so erschœpft worden, daß das Capitul „die Begræbnis-Unkosten hat auszahlen müssen. Sein Epitaphium ist:

„Coetus angelici consortes sint pie Christe,  
„Præsulis Henrici quem Marmor contegit iste,  
„Septembri mense prope finem cæsus ab ense,  
„Occidit hic morte, solvens sua debita sorte.

(z) Pohlius l. c. ad An. 1326. „Das Bisthumb zu Breslau ward am Rœmischen Hofe Vito dem „Schlesier als einem Einkœmmlinge zugesprochen, lebte aber nach dieser Victorie nicht læn- „ger denn 8. Tage. An seine Statt ward der XXVI. Bischofferwehlet NANKERUS, ein „edler Schlesier aus dem Ochsen-Geschlecht, im Opplischen von Kampen, der um Unfrie- „dens willen mit Koenige Wladizlao in Pohlen das Bisthumb zu Cracau gelassen, und das zu „Breslau angenommen.

flagitationibus repertiisset ad Regem, tunc in monasterio D. Jacobi commorantem, habitu sacerdotali ingressus est, cumque & senatum Wratislaviensem, qui Regias partes sequebatur, duro anathemate perculsit, non Regem sed Regulum nominans, qui in Regno suo nullam haberet Metropolim, sed inunctionis in Regem suæ solemniam, ab Archiepiscopo Germano qua Prece, qua Pretio emendicare cogeretur. Wratislavia ob id cum Presbyteris & Sacerdotibus suis excedere coactus omnia Urbis templa claudi iussit, sed quæ Senatus iterum patefecit, nec deerant Sacerdotes, qui nulla interdicti habitatio ratione, rem divinam faciebant. Cumque frustra de concordia cum Episcopo REX laborasset, bona Episcopi & Sacerdotum repugnantium occupavit, eaque solum vertere iussit, Principibus Silesiæ idem ut facerent, monitis. Quod quidem Bolezlaus Brigenfis studiose, magnaque cum obediendi promptitudine præstitit, ecclesiastici ordinis bonis in egestate sua non parum recreatus. Quam ob causam & ipse & universa Dicitio Brigenfis, longo tempore censuræ ecclesiasticæ nexibus involuta fuit. Constitutiones ejus inter statuta Generalia ecclesiæ Wratislav. antiqua p. m. 33. seqq. Inter alia mandavit, ut quot diebus circa Crepusculum tribus vicibus ad unam partem brevibus intervallis campana pulsetur, ad ejus sonitum Christiani flexis Genibus gratiam *matris Gratia* invocantes & AVE MARIA dicentes, pro bono statu ecclesiæ & pace terrena istarum deprecarentur, addita XL. dierum indulgentia. Mansit tamen Episcopus Nissæ, ibidemque Regi nondum conciliatus, diem clausit (aa) A. C. 1341. Episcopatus XV. Funere Wratislaviæ sepulturæ causâ devector.

## XXVII. PRECISLAUS.

PRECIS-  
LAUS  
d. POGRELL  
XXVII. Ep.  
WRAT.

CAROLO  
March. Mo-  
rav. postea  
Imp. amicisli-  
mus

Episcopatus  
Locupletator  
quem aureum  
reddidit.

Nankeri morte sedem vacuam Precislaus per antiquæ Pogarellorum Familiæ Nobilis (Pogerelecium gente Crinialium, quod vetera monumenta respuunt, Cromerus adpellat, e Familia autem Pignorzelec Math. de Michovia) Bononiæ tunc studiis vacans, contra hominem extraneum, pro quo Casimirus Pol. Rex non intercedebat modo, sed pene pugnabat, concordibus suffragiis Canonorum d. 5. Maij. A. C. 1341. obtinuit, Electionisque confirmationem, quam Gneznenfis abnuebat ab ipsomet P. R. Benedicto III. impetravit, non parum eare adjutus a Carolo. JOHANNIS, Bojemiarum Regis F. & ipse Patris loco electionem ratam habuit. De injuriis ecclesiæ Wratislaviensis cum JOHANNNE, quem dixi, Pontifice Arbitro transegit, Senatum autem Wratislaviensem, nudatis pedibus & capitibus veniam petentem, ac pro eo, quod in Nankerum Episcopum & Ecclesiam deliquisse arguebatur, satisfaciens, eodem CAROLO deprecatore in Gratiâ recepit. Quod quidem ita factum, non desunt sane qui scribant, sed repugnante ipso transactionis inter Episcopum & Capitulum nec non senatum Wratislaviensem X. Kal. Aug. A. C. 1342. initæ Instrumento, hanc unam quippe Conditionem habente, ut Consules Wratislavienses singulis annis die cinerum teneantur Clerum recipere in suam protectionem. Nec ita multo post PRECISLAUS Castrum Milicense, duobus tamen pagis sive villis Kanterwitz & Borstenstin exceptis (bb) Conrado Olsnensi ejusque filio vendidit, emptum contra a Bolezlao, Lignicensium ac Brigenfium Duce Grotcoviensem Principatum (cc) Wratislaviensi Cathedræ sempiterno Jure addixit, ejus nomine se in fide

(aa) Pohlius l. c. ad An. 1341. „Den 10. Tag April starb zu Neifs mit dem Koenig Johannes un-  
„versöhnt, Bischoff *Nanckerus* voll guter Wercke, wie ihn Michovius rühmet, der alle  
„Tage viel Messen gehöret, und denen Vicariis zu Cracau jährlich Verehrungen zuge-  
„schicket. Liegt zu Breslau begraben im grössern Chor.

„Præful *Nanckerus* electus Cracoviensis,  
„Occidit hic verus, translatus Wratislaviensis,  
„Mille trecentenis annis primo quadrageno  
„In Festo Paschæ, Deus hunc super æthera pasce.

M. CCC. XXXXI.

„den 5. May. am Tage Gotthard, an welchem er auch gebohren und folgendes Jahr vom  
„Pabst Benedicto III. weil Jaruslaus Ertz-Bischoff zu Gnielsen dem Koenige Casimiro zu Ge-  
„fallen damit verzog, ist confirmiret worden, ist der XXVII. Bischoff in Schlesien durch XXX.  
„Stimmen einhellig erwöhlet worden. Precislaus von Pogrell, ein Schleisicher Edelmann  
„von Habendorff bey Franckenstein, gleich wie er zu Bononien auf der hohen Schulstu-  
„dierete.

(bb) Vid. Dipl. CLXXXII. Contin. Dipl. nostri Boh. Siles. hoc Tomo extantis.

(cc) Vid. Dipl. X. spec. C. nostr. Dipl. Tom. I.



fide & Clientela Regis Bojemix, tanquam Principem & Vassallum Ligium una cum sacro ejusdem Ecclesix Collegio tanquam Vassallis Regni Bojemix esse foreque semper professus. Cui rei fidem facit Diploma CAROLI IV. IMP. quo Grotcovienlis Territorii Venditionem atque infeudationem regnante Johanne Patre factam roborat & firmam ratamque haberi jubet. Factum id Diploma signatumque Wratislavia A. C. 1358. Id: Dec. idque primum reperio in quo EPISCOPUS WRATISLAVIENSIS disertis verbis PRINCEPS indigitatur: In anterioribus Episcopatus privilegiis, quotquot mihi legere contigit nihil tale adparet: neque mirum vero Imperatorem tam proum ac benevolum ei præsuli fuisse, qui Aula Regix Cancellarii munere functus (uti plura testantur Imperatoris Diplomata, in quibus talis fere subscriptio: Per Manus Venerabilis Precislai, Wratislaviensis Episcopi, Aula Regix nostræ Cancellarii, Vice Venerabilis Gerlaci Moguntini Archi-Episcopi S. Imperii per Germaniam Archi-Cancellarii,) fidam illi navavit operam, multasque ac graves Reipubl. Partes sibi mandatas, magna cum Prudentia & integritatis Laude sustinuit. Enim vero sicut optimos gubernatores haud mediocriter etiam Remigium manus juvat, ita qui populos regunt, ac ne quid Respubl. detrimenti capiat, dictaturam gerunt, multis administris opus habent, sed nullorum tamen adiutorio sublevandi magis, quam quos Cancellarios vocari consuetudo obtinuit, quippe quorum Industria, Dexteritas & Fides Prora & Puppis fere est omnis publicæ curæ. Quemadmodum autem cum ipso Imperio Germanico cœpit Archi-Cancellariorum (qui a tot jam seculis ipsimet Principes Electores sacri) officium ac Dignitas: sic eadem ratione statim ab initio, qui vices illorum obirent, succenturiati futere; permulta quidem sæculta Cancellaria Imperialis sive Regix Aula Palatii, nunc autem a seculo & quod excurrit, Vice-Cancellarii nuncupati, eoque etiamnum nomine censiti, immanente quæ prius fuerat officii & dignitatis amplitudine & prærogativa. Tale ergo munus in Aula Imperiali primus e Silesiis, ac si Primislaum, Ducem Teschinentem excipias, pene solus Precislaus obiit: Vir cætera excellenti spiritus & in augendo Episcopatu tam industrius ut aureo Episcopatu nuncupando causam præbuisse videatur, jamque adeo CLL. amplius annis ad Exemplar ejus successor omnis perpetuo optetur. In Chronicis quidem MStis inter alia commendatur, quod in Æde Cathedrali Chorum posteriorem, sive Capellum B. VIRGINIS, quam Mansionariorum sacellam alii vocant, fundavit, quod XII. pauperum laicorum, qui stipem quotidianum & amictum annuum caperent, Conventum Nissæ erexit ac dotaverit, quod Ecclesiam Wratislaviensem murorum Fabrica, Piscinarum structura, Villarum locationibus & coemptionibus, Vasis aureis & argenteis, varioque egregiæ suppellectilis genere insigniter auxerit & exornaverit. Præfuit illi annis XXXV. jam maturus (dd) ætate & gloria VIII. Kal. April. A. C. 1376. Ottmuchovix mortalitatem exiit: Wratislavia in illo ipso, quod condidit, Sacello, more solemniori ac justo honore conditus. Circa

ipse a CAROLO IMP. PRINCEPS Silesiæ dictus.  
& Aula Regix Cancellarius

magna ejus in Episcoporum collata merita

Mors secuta A. C. 1376. d. 6. April.

Tumulum marmoreum hæc legitur inscriptio:

Anno Domini M. CCC. LXXVI. VI. die Mensis Aprilis obiit Reverendiss. in Christo Pater & Dns. Dns. de Pogrella, Episcopus hujus Ecclesix & Fundatæ Capellæ. Orate pro Eo Deum.

Sub insignibus autem ejusdem:

PRECSLA DE POGRELLA: EPS. WRATIZLAV.

Temporum suorum Felicitas.

## XXVIII. THEODERICUS. I.

Precislao Præsuli subrogatus a Collegio Canonorum THEODERICUS, Bojemus, Decanus; sed qui confirmationem a Pontifice Gregorio XI. impetrare non potuit, tum, quod contra CAROLI IV. Imp. voluntatem electus esset, tum, quod Pontifex Thesauris Precislai, qui relicta ingenti pecuniæ summa decesserat, & aureo Episcopatu inhiaret. Cæterum ne ἀκέραιος interim esset ecclesia Administrator illi datus Nicolaus, Majoriensis Episcopus, Ordinis Prædicatorum, quem tamen Collegium Canonorum admittere noluit, & ut Pacem a Pontifice redimeret uno die Legati ipsius ex

THEODERICUS I. XXIIIX. EP. WRAT. quem vero P. M. confirmare noluit,

Precislai hæreditate 30000 aureorum pro contributione, item biennali ecclesiis Polonicis imposita 2000. nec non 1000 pro impensis hujusmodi Pecuniæ in Urbem transportandæ numeravit & insuper 80000 annuæ redditibus Episcopi, donec aliquis Precislao successor daretur, promisit. Et vacavit quidem biennium adhuc Episcopatus, ad Pontificis usque mortem. Tandem exortum immane Schisma Romanæ Ecclesiæ, non ante XXX. Annos exactos sedandum, duobus nempe Pontificibus Urbano VI. & Clemente VI. creatis, quorum uter legitimus Pontifex dicendus foret, tota Europæ certatum est, hunc quidem Franco, Arragonio, Scoto Regibus & Regina Neapolitana probantibus: illius autem Comitibus Sanctiora dicentibus, Italia, Germania, Hungaria, Anglia ac Lusitania. Enim vero THEODERICUS ad Avenionem in Galliam, ubi sedem ad Obiitum usque habuit, profectus, confirmationem non difficulter impetravit: sed quam tamen Collegium pro irrita habuit, quod Gneznensis Provincia, cui Wratislaviensis Ecclesia Jure Metropolitano tunc subjecta, Urbani partes sequeretur; itaque Theodericus spe sua & Episcopatu excidit, privatusque deinceps vixit: Ecclesia interim annis aliquot vacante.

quare ad vitam privatam rediit.

## XXIX. WENCESLAUS. I.

WENCESLAUS I. DUX SILESIE LIGNICENSIS. XXIX. EP. WRAT.

qui Cardinalitiam Dignitatem recusavit

Ecclesiam vero multis modis ornavit.

Obiit A. C. 1419.

Post diuturnam ecclesiæ Wratislaviensis vacationem, WENCESLAUS, Dux Silesiæ Lignicensis, Episcopus Libusianus & Administrator Wratislaviensis ad Cathedram postulatur, Urbano Pontifice assentiente & in Leubusiano Episcopatu substituente Adamum de Kittliz, Canonicum. Quod ægerrime ferens *Wenceslaus Rex Boemia* qui Baronem quendam de Duba, Bojemum aggerabat, collegio severe mandavit, ne arces oppidaque ecclesiæ Episcopo traderent. Cui cum Collegii major pars minime pareretur, Wenceslaus possessionem invito etiam Rege accepit: nec multo post una cum Capitulo Ordinationem servandam sede vacante, & de modo recipiendi novum Episcopum, & homagio a civitatibus & oppidis faciendo, fecit. Illud in Episcopo eximium fortean, ac neutiquam vulgaræ moderationis specimen, quod cum altero statim Regimini anno ab Urbano Pontifice Luceriæ Christianorum in Apulia Presbyter Cardinalis creatus fuisset, honorem ipse ultro delatum recusavit: majorem indubie gloriam ex honore spreto, quam multi ex adepto consecutus. Sed quod ipsum tamen tunc quoque a Fridrico Coloniensi Archi-Episcopo, ac Petro de Rosenberg, Presbytero factum, ex Onuphrii Panvini Vitis Pontificum, itemque Chronico Chronicorum ecclesiastico apparet. Theodericus a Niem, coætanus illorum temporum Historicus eam rem hujusmodi verbis describit: Die vero sequenti post Festum Epiphaniæ Domini, me præsentem ad Pronunciationem multorum novorum Cardinalum, ipse in præfato castro in publico consistorio exorsus est sermonem, & quem tunc fecit, hic erat: Latere Germania, & nominans eos, inter quos erant Coloniensis adhuc vivus & Moguntinensis ac Trevirensis Archi-Episcopi & Arnoldus Leodiensis defuncti, nec non WENCESLAUS Wratislaviensis Episcopus ac Dominus Petrus de Rosenberg, nobilis Genere & honestæ conversationis Presbyter, de Regno Bohemiæ natus, qui tamen unanimiter, post longam deliberationem inter se habitam omni ambitione semota, hujusmodi Cardinalatus honorem accipere noluerunt. *Ruperto* Fratre Lignicensium Principe absque prole mascula defuncto, Wenceslaus Præsul Ducatum quidem (ee) illum Jure sibi suo vindicavit, sed eundem haut multo post agnato Ludovico II. Brigenfi Henrici F. Ludovici autem, qui Wenceslao I. Fratri Lignicium cesserat Nepoti, approbante, id est, confirmante VVENCESLAO REGE donavit. Princeps erat haut modo Ecclesiæ suæ amans, pro cuius & bono multa constituit, quæ inter statuta synodalia antiqua legi possunt, sed & litterarum ac historicorum cum primis studiosus, qui ob id Organo cuidam Canonico mandasse legitur: ut res Silesiæ & Ducum Familias tabulis includeret. Etsi autem ille prolixum tabularum Volumen scribere instituit, tamen vix ad Boleslai proceri tempora progressus, Consilium scribendi abjecit. Ecclesiam cum rexisset annis XXXV. jam ætate gravis, Anno

no salutis 1417. dignitatem abdicavit, ac biennio post vitæ (ff) valedixit. Corpus exanime Ottmuchoviam, ubi Collegiatam S. JOHANNIS Ædem erexerat, primo sepultum, post Johanne IV. Episcopo consentiente, una cum Collegio, in antiquæ Civitatis Nissenfis templum fuit translatum.

### XXX. CONRADUS I.

Pontificali honore a Venceslao Episcopo in Manus Papæ Martini V. resignato, CONRADUS I. XXX. EP. WRAT. Dux Silesiæ Olsnens. Conradus Dux Silesiæ Olsnensis, qui quod Fratres haberet Conradum Nigrum & Conradum Album, natu minores, senior dictus fuit, provisione Apostolica ad Intercessionem cum SIGISMUNDI IMP. tum ipsorummet Canonicorum in Cathedram collocatus fuit Princeps, ut habent Episcoporum Vitæ a Joh. Longino, Canonico Cracoviensi conscriptæ, staturæ parum justæ, corporis crassi, oculis lippientibus, lingua balbutiente, doctrinæ exiguæ, humanus alioquin & facilis aditu. Inciderunt in ejus Regimen atroces tempestates, cum tam extranei Hussitæ, qui propter concrematum in Concilio Constantiensi Johannem Hussum ecclesiasticis hominibus infestissimi erant, quam indigenæ Prædones, direptionibus ac vexationibus in Silesiam & sacras præcipue ditiones crudeliter grassarentur: unde sæpius militem ecclesiæ conscribi stipendiis, necessitas ipsa postulavit. Ut mirum non sit, si grandære alieno aggravatam ecclesiam successori reliquerit: A. C. 1419. acceptis ab Ecclesia Capituloque 3800. Mareis, grossiorum Pragenfium, numeri Polonici, Territorium Cantienfe eidem in Pignus concessit, haut modo fratribus in Antichresin istam consentientibus, sed & Sigismundo Imperatore eandem confirmante, quousque facta fuerit reluitio. Decennio post arcem ei Ottmuchoviensem eripuerunt Hussitæ, insignem isthuc omnis generis Prædam sine ullo pene certamine adepti, deditio- nem quidem faciente loci præfecto Nicolao ab Alzenaw, qui Wratislaviam deportatus, ac prodicionis postulatus, cum impetrare non posset, ut ob honorem Familiæ ipsi parceretur, biennio post in foro publico Capite luit, ad D. Barbaræ sepulturæ mandatus. Anno, ejusdem seculi, XXXIIIo. CONRADUS, Episcopus Castrum Jeltsch a Ludovico Duce Olaviensi emit, XXXVo. autem a Concilio Basileensi Confirmationem impetravit statuti, quo cautum est, ne dignitates sacræ vel externis extrave Diœcesin natis, vel qui non ornati essent Gradu Doctoris in Professionibus superioribus eodem anno cum aliter Ottmuchoviam recuperare non posset, a Wratislaviensibus captivos Hussitarum Ductores, impetravit, iisque Libertatem pactus Arcem suam recepit. Vita anno Episcopatus XXXo. † A. C. 1447. d. 9. Aug. Christi autem 1447. d. 9. Aug. Wratislaviæ functus, ibidemque conditus.

### XXXI. PETRUS II.

Petrum Nowagk a Pago genitalem, ubi plebejo ac humili loco natus erat, Decretorum Doctorum ac Præpositum Wratislaviensem, singularis Virtus, Doctrina & in rebus agendis prudentia ad Episcopatus apicem evexit. PETRUS II. XXXI. EP. WRAT. Nowagk Electus is fuit per scrutinium, consentientibus Canonicorum omnium suffragiis, eamque rem tanquam juxta Juris Ordinem ac præsertim constitutiones Concilii Basileensis peractam, Vincentius Archi-Episcopus Gnesnensis tanquam Metropolitanus ad instantiam Canonicorum Wratislaviensium haut modo ratam habuit, sed & suffraganeum suum ablegavit, a quo solemniter ritu novus Episcopus consecraretur. Cum autem Principibus nonnullis Silesiæ ea Petri Electio, quamvis illis ab Archi-Episcopo diligenter commendato, minus grata esset, Guilielmus Oppaviensis arma vertit in Bona Episcopi, ac paucis diebus totam fere ditionem vastavit, post Clades tandem acceptas Wladizlai Teschinentis & Glogoviensis opera Collegio Sacerdotum reconciliatus. Sedem porro Wratislaviensem IX. Annis Petrus tenuit, quibus respirante paulum & quiescente a Turbis bellicis aliisque Molestiis Provincia, plures pagos a Conrado oppignoratos redemit, ærisque alieni, quod priorum temporum injuria grande contractum fuerat, magna parte ecclesiam levavit. A LADISLAO Bojemix Rege Jus cudendæ monetæ impetravit a P. autem R. duas Bullas unam quidem super consuetudine ven-

(ff) Martin. Hanckius diem VI. Octobr. habet, quo e vivis excesserit An. 1419. v. Caput XX. de Siles. indig. eruditus, imo & Pohlius l. c. Rositzius vero corpus Tom. I. scriptor, nostr. An. 1420. defunctum tradit.



† A. C. 1456.  
d. 6. Febr.

vendendi in Insula S. JOHANNIS Cerevisiam Suidnicensem, quae tunc multarum Liti-  
tium ac disceptionum Mater fuit: alteram vero pro habitantibus in eadem Insula, ne  
de Esculentis ac Potulentis, itemque de Materiis ad structuras necessariis Vectigal solve-  
re tenerentur. Ultimam Vitæ diem clausit in arce Ottmuchoviensi d. 6. Febr. ejusdem  
mensis nova in Basilica Vratislaviensi tumulatus a. c. 1456. quo ipso cum a nostris Bel-  
gradum Hungariae adversus Turcas Europæ inhiantes, munitissimum propugnaculum  
fortissime defensum fuisset, Pontifex Romanus in Memoriam illustris Victoris Festum  
Transfigurationis Christi quotannis d. 6. Aug. celebrandum instituit.

### XXXII. JODOCUS.

JODOCUS.  
L. B. a Rosen-  
berg XXXII.  
EP. WRAT.

regis animi  
dotibus infi-  
gnis.

† A. C. 1467  
d. 15. Dec.

Canonicis VVratislaviensibus de novo Praesule sollicitis Ladislaus Bojemix Rex,  
JODOCUM Barronem Rosenbergium, Bojemum, Ordinis S. JOHANNIS Hierosolymi-  
tani cum Cruce Priorem & Praepositum Straconicensem commendavit, posthabitis igitur  
Collegii sui Sodalibus, quamvis eo honore haut indignis, exterum eligerent, ac pro  
dispensatione, quod electus aetatis defectum pateretur, P. Calixtum III. requirerent. Ne-  
que enim Canones in Episcopum eligi minorem permittunt, nisi eorundem Gratia fiat ab  
Apostolica sede, quod quidem & tunc factum, ipsaque adeo electio a Papa hoc pacto  
confirmata fuit, ut Praeposituram haut eo minus, sed sub Commendæ nomine retineret.  
Vir fuisse dicitur corpore vasto & opimo, Eloquentiæ, Doctrinæ ac Prudentiæ singularis,  
animi magni & liberalis, sed interim varietati eduliorum, quæ Saccaro pleraque condi-  
enda curavit, nimis deditus. Georgio Podiebradio, Bojemix Regi publicæ tranquillita-  
tis causa (agerrime quamvis ferentibus Silesiæ statibus, Nuncio Apostolico, cum primis-  
que VVratislaviensium Senatu) adhaerit, primum adeo quidem, ut sine Salvo Conductu  
VVratislaviam venire ad consultationes publicas vix auderet. At postquam Georgium a  
Romana Ecclesia penitus descivisse & Hussitarum Religionem publice professum compe-  
rit, tam Consilia quam arma sua impavido pectore contra illum expedit. Ad Præla-  
turas & Beneficia Viros maxime promovit, qui Doctrinæ & Virtute eminent. Xio. ipse  
Episcopatus anno, qui erat Christi 1467. (gg) d. 15. Decembr. Nissa in Palatio a se satis  
structo defunctus. Cujus quidem Funeri, nisi prius e vinculis dimitteretur Praepositus  
Ecclesiæ Cathedralis, Johannes Deuster, qui quod incunctis fere rebus Episcopo adver-  
saretur, hujus jussu comprehensus & in arcem Kaldenstein abductus fuerat, Transiitum  
per Urbem Vratislavienses initio denegarunt: sed ob id a Baronibus Polonis ac Bojemis,  
qui ad Funus Episcopi cohonestandum venerant, reprehensi, magno & honorifico Co-  
mitatu per Urbem in Cathedrale Templum deduci passi sunt.

### XXXIII. RUDOLPHUS.

RUDOL-  
PHUS Rudis-  
heimensis  
Moguntinus  
XXXIII. EP.  
WRAT.  
Georgio Bo-  
jemix Regi  
infensissi-  
mus.

Rudolphus Episcopus Lavantinus ac Legatus Pontificius ad exequendos potissimum  
Processus Excommunicationis GEORGII, Bojemix Regis, belli adeo adversus hunc  
causa, annitentibus non solum Casimiri Poloniae Regis, cui ob Bellum Prukenicum  
sedatum gratus erat Legatis Stanislao Ostrogio, Calissienſi Palatino, Jacobo de Dam-  
briſio, Regis Vice-Thesaurario & Johanne Dlugosch: Canonico Cracoviensi, tum & Bo-  
jemix quibusdam Proceribus, patriæ & avitæ Religioni addictis, quorum Princeps erat  
Sdenco Sternbergius, comitenteque tum horum intercessionibus, tum Capituli Po-  
stulationi Pontifici Romano, XX. Votorum suffragiis Episcopus VVratislaviensis creatus  
fuit, cum frustra eam Dignitatem ad quam & a plerisque designatus fuerat, ambiſſet  
Przemislaus Dux Oppaviensis, S. CRUCIS Cantor & Canonicus VVratislaviensis. Ori-  
ginem traxit ex oppido Rudisheimensi in Moguntina Diœcesi, ubi Patrem habuit Virum  
satis honestum. Vir ipse fuscus ac niger, staturæ decentis, mansueti & religiosi ingenii,  
Juris Consultissimus. Camera ob id auditor in Basileensi Concilio ab omnibus Natio-  
nibus, Pii II. & Pauli II. M. M. P. P. Referendarius, indeque ad Lavantinum evectus  
Episcopatum. Contra SIGISMUNDUM Austriacum propter capturam Cardinalis de  
Cusa, Episcopum Brixinensem excommunicatum Legationis munus obiit ac negotium  
gra-

(gg) Pohlius l. c. d. 12. Dec. habet, Longinum tamen seu Dlugosium obitum hunc ad d. 15. Dec.  
referre addens.

gravissimum] sopivit: inter Cruciferos Prussenses & Casimirum Poloniae Regem, quamvis duris ordini Conditionibus, pacem confecit. Mathiam Pannoniae Regem Imperatoremque Fridericum dissidentes in pacem reduxit: Mathiae insuper Regis nomine diversis Legationibus Neapolim usque pro adducenda ejus Sponsa perfunctus. Ingenii sui Vires in Commodum atque utilitatem Ecclesiae Wratislaviensis, annis quibus rexit eam XI. adeo explicavit, ut Apoplexia extincti A. C. 1482. Cadaver humeris Canonorum ad primariam Aedis Cathedralis Aram elatam, amplissimis Ceremoniis funeraretur. De cujus quidem Tumulo aeneo Epitaphii Pars, quod oleo destillante oblita non fuit, a Christophoro Manlio olim descripta fuit:

MATHIAE  
Regis ad Neapolitanum  
Regem Legatus,  
Ecclesiae Wratisl. Locupletior  
† A. C. 1482. d. 9. Jan.

Missus ab Urbe fuit, Legatus Praesul in istas  
Rudolphus Terras: Rhenuseum genuit.  
Ex Lavantino a Clero accitus atque Popello  
Ecclesiae meritis accipit heic Cathedram.  
Fauste quam tenuit, tetrus agitatus in annis,  
In Domino tandem mortuus astra petit.  
M. CCCC. LXXXII.

### XXXIV. JOHANNES IV.

Rudolphi locum ut in Lavantina prius, ita & in Wratislaviensi Cathedra JOHANNES ROTH excepit: humili is quidem loco Wemdingae in Suevia ortus, sed sapientiae, Virtutis, Doctrinae, Facundiae & Industriae Commendatione ad sublimem hunc dignitatis gradum evectus. Cum enim adolescens Juri Pontificio Patavii, humanioribus autem Litteris & Eloquentiae Romae sub Laurentio Valla operam dedisset & Aeneae Sylvio, Philelpho, Guarino ac ceteris illius aetatis Viris doctis notus & carus fuisset, LADISLAO Hungariae & Boemiae Regi (si Johanni Dlugosso sive Longino fides) a secretis interservivit: eo autem praemature Terris erepto, FRIDERICO III. Imp. ab Aenea potissimum commendatus & in Aulam atque inter Consiliarios Augustales adscitus, Proto-Notarii Munus (hoc enim Nomine Anno 1466. Litteras subscripsit Passoviensibus data) aliquamdiu gessit, ac Lavantinae tandem Praepositus, sicut Caesarea in Urbem protectionis Comes fuit, ita CAESARIS nomine tum ad Venetos, quam ad alios Christiani Orbis Principes Legationes frequentes feliciter obivit: inde in MATHIAE Regis Hungariae Familiaritatem pervenit, ab eo quidem in adipiscendo Episcopatu Wratislaviensi haut parum adjutus: quicquid sit de Ecclesia Wratislaviensi quam optime meritum fuisse testantur Annales: Possessiones haut paucas ab Antecessoribus alienatas redemit & ad ecclesiam revocavit, Piscinas admodum uberes & hospitales commoditates alias instituit. Arcem Ottmuchoviensem egregie munivit Wratislaviensem Curiam magnis sumptibus instauravit, insigniterque reparavit: Omnes tandem curas suas revocavit ad Coadjutorem, quem fidum adoptaret. Principes quidem & Ordines Silesiae initio faventes expertus: at Canonici haec Consilia impedierunt: Wladizlaus animi anceps modo huc, modo illuc se convertebat, interim Canonici Joh. Thurzoni, seniori litteras miserunt, in quibus fere votis omnium ejus F. cognominis, Decanus Wratislaviensis in Coadjutorem Episcopatus renunciabatur, qui & pro ea qua valuit Pater apud Wladizlaum auctoritate obtinuit, Episcopo non Coadjutor modo datus, sed & simul futurus Successor designatus. Ea res cum sollicitos haberet Principes, Wladizlao Regi supplicem libellum porrexerunt, in quo contra Capitulum & Clericos multa in animum ducebant, ac pro libertate patriae propugnabant & nota huic addita, ne beneficia ecclesiastica hominibus externis tribuerentur. Rex animadvertens tandem eam rem justam a justis juste peti, assensum libenter praebuit, ac Commissarios suos plenissimis mandatis instructos, ad Conventum Principum atque Ordinum Silesiae sub initium Febr. A. C. 1504. congregatorum misit, qui partibus decertantibus, nec multum de jure suo cedere volentibus, auctoritatem suam interposuerunt, ac simul partes ad Transactionem reduxerunt. Commissarii fuere: SIGISMUNDUS, Casimiri Pol. Regis F. Dux Glogov. & Oppav. CASIMIRUS, Dux Teschinentis, supremus Silesiae Praefectus, nec non ALBERTUS de KOLOWRAT: supremus Regi Boemiae Cancellarius a quo Transactio ipsa KOLOWRATENSIS appellari coepit: a Wladizlao Rege confirmata.

JOHANNES ROTH  
XXXIV. EP.  
WRAT.

Vir eruditus  
&

FRIDERICO  
III. Imp.

in Italiam  
proficiscens  
Comes.  
MATHIAE  
quoque REGIS  
familiaris  
in Ecclesia  
Wratislaviensi  
optime  
meritus

Coadjutorem  
tandem ad-  
sciscens

mortuus A.C.  
1506 d. 21. Jan.

Biennio post h. e. A. C. 1506. Episcopus decrepita jam ætate Jſchiadico morbo e medio sublatus, Turzoni quidem vacuum morte sedem, bonis autem quibusque sui desiderium ingens reliquit. Wratislaviæ in Choro Mansionariorum Templi Cathedra-  
lis juxta Precislai, cujus virtutum æmulus fuerat, Cineres reconditus, ubi Imago ejus  
conspicitur, cum hoc elogio:

Fulva hæc imago quam vides Lector, quarti  
JOHANNIS est Antistitis,  
Saxo abditum Corpus jacet latissimo  
inter Chori subscellia:  
Annalibus viram lege: hoc dicam tamen  
Quod nec negarint invidi:  
Vir optimus, doctissimus, prudens, gravis,  
Magno omnium luctu perit,

In alia Tabula cum ejusdem insignibus:

QUARTUS JOHANNES jacet hic: vis cætera dicam  
Non alium vellet Slesia Pontificem.

JOHANNES IV. EP. WRATISL. vera piorum Pontificum Imago  
in Tabula.

### XXXV. JOHANNES V.

JOHAN-  
NES V. Thur-  
zo de Berhlen  
Falva XXXV.  
EP. WRAT.

Oriundus hic ex (hh) nobilissima Familia, quippe qui Patrem habuit JOHAN-  
NEM, THURZONEM, Hungarum, qui ex Fodinis metallicis in Hungaria immensas  
Opes collegit, posteaque, Cracoviæ domicilium collocavit & Comitatus dignitatem adeptus  
est: Fratres vero STANISLAUM, Episcopum Olomucensem magni illius  
Erasmi amicum, GEORGIUM Comitem, Camerarium montium Hungariæ,  
nec non ALEXANDRUM THURZONEM de Bethlehem Falva Hungariæ Pro-  
Regem. Johanni antecessori adiutor datus, eodem, quo ille obiit anno, Episcopale Pe-  
dum accepit, ac per Opicium Colo, Canonicum, inthronisatus, per Stanislaum vero  
Fratrem germanum, Johannem Fratrem Bernhardinianum, Episcopum quondam Va-  
radiensem atque Henricum de Fullenstein, suffraganeum, Dominica, quæ Lætare dici-  
tur, usitato more consecratus & in dignitatis possessionem immissus, die Annunciationis  
Primicias celebravit. maxima Principum Silesiæ ac Nobilium frequentia: idem haut mul-  
to post supremam quoque Silesiorum Præfecturam nactus, Princeps bonus, mitis, littera-  
tus & litteratorum Mœcenas, ad quem diversæ extant Erasmi & aliorum Epistolæ. Cu-  
rias aliquot Episcopales structuris ornavit ac demolita Arce Kaldenstein ex ea materia  
Castrum antiquum Jauernick collapsum refecit ac D. JOHANNIS montem adpellari vo-  
luit. Synodos prout Antecessor celebravit binas, ille primam A. C. 1496. post Octav.  
Corp. Christi: hic synodum generalem Dioecesanam celebravit A. C. 1509. d. 24. Apr.  
eo modo & ordine, prout in synodalibus actis Rudolphi Prædecessoris sui declarata fuit  
A. C. 1511. d. 28. Apr. in quo Decreta synodi Provincialis in Peterkaw pro Festo Martini  
A. C. 1510. publicata sunt. (ii) Jus cudendæ monetæ aureæ a MAXIMILIANO I. Imp.  
impetravit. A. C. 1515. prid. Kal. sextilis, hac tamen Lege, ut in uno aureorum latere  
S. Johannis Baptistæ Effigies conspiciatur, cum Inscriptione: MUNUS CAESARIS  
MAXIMILIANI I. in altero insignia Episcopatus, quæ sunt Lilia sex, addito Epi-  
scopi nomine pro tempore existentis. Obiit autem cum Phthyfi paulatim defecisset d. 11.  
Aug. Nissæ, & corporis exanimis magna pars ante sepulcrum Flammis absumpta dicitur,  
fortuito incendio excito, inde in Cathedralis templi Sacello, quod vivus exornari  
curaverat, Wratislaviæ terræ mandatum est: ubi hujusmodi Thurzonis conspici-  
tur monumentum:

Hoc THURSO tibi Pontifex sacellum  
Janus condidit Agnifer beate,

In

(hh) Thurzonum Tab. Geneal. Tom. II. scriptor. nostror. Henelii Annalibus inserui Bene-  
ficio AMICISSIMI NOSTRI BELII, Bosonienſis.

(ii) vid. Dipl. XXIV. spec. C. Silesiæ D. Tom. I. script. nostr.

bonarum Lit-  
terarum Mœ-  
cenas

Jure cuden-  
dæ aureæ mo-  
netæ ab Imp.  
Maximil. I.  
donatus.  
† A. C. 1520. d.  
11. Aug.



In quo post obitum est situs, meretur  
 Si Cœlum Pietasque & alma Virtus,  
 Si Musæ, innocue & peracta Vita,  
 Si fecisse bonis benigne: Tecum  
 Celsi nunc sacer incolæ ille Olympi  
 Colli perfruitur ponis beati.

Bina quoque illi a Georgio Logo scripta Epiraphia, quæ heic addere operæ pretium sit.

THURSONIS Cineres Magni & mortalia membra  
 Iste habet & sacri principis ossa locus:  
 Pro meritis superum fedes, Cœlumque beatum  
 Mens habet, immenso vivit in Orbe Decus.

Heic situs est THURSO MAGNUS, quis cætera nescit?  
 Hunc volui ut scires & venerere locum.

### XXXVI. JACOBUS A SALCZA.

Dum Principes competitores duo, Johannes Albertus, Marchio Brandenburgen- JACOBUS  
 sis & Joachimus Dux Monsterbergensis Mitram Episcopalem ambirent, sacri Collegii A SALCZA  
 Sodalium suffragia JACOBUS a SALCZA, Nobilis Silesius, ac Ducatus Glogovien- XXXVI.  
 sis Capitaneus meruit. Gentilem is habuit Hermannum illum, supremum Ordinis militiæ EP. WRAT.  
 Teutonicorum Magistrum qui primus sacre Domus Vexilla in Prussiam Victor tradu-  
 xit: anno quem Christophorus Mannlius Poeta doctissimus sequenti Versu expressit:

HerrMannVs PrVssos ChrIsti fVb Vota CoëgIt.

Vir ipse magna vi animi & corporis, eximiæ eruditionis, raræ prudentiæ & elo- magna Vi ani-  
 quentiæ, singularis laude clarissimus. Præfecturam Ducatus Glogovien- mi & corpo-  
 sis a LUDOVICO, Hungariæ & Bohemiæ Rege sibi commissam aliquot annis strenue administravit, ris præditus.  
 missusque ab eodem Rege Francofurtum, Germaniæ Urbem ad Mœnum sitam, una cum Legatus Regis  
 Ladislao Sternbergio Bohemiæ Cancellario in causa CAROLI adjuvanda præclare se ges- Bohem. ad  
 sit. Episcopus inde creatus, ea sui documenta dedit, ut Cathedræ non minorem red- Comitæ Im-  
 deret splendorem, quam ipse ab illa acciperet: ob idque publice ac privatim magnam perii Franco-  
 sibi auctoritatem & Regum ac Principum Favorem & amicitiam compararet. Incidit in furti ad Mœ-  
 ejus tempora reformatio ecclesiarum per Lutherum cœpta, quam & amplexa est Gen- num cele-  
 tis nostræ Metropolis Wratislavia. Nissensem Curiam eo tempore cum Budæ Regi ad- branda.  
 esset, incendio consumptam reparavit ac novam plane exstruxit. Sub obitum Ludovici, CAROLO V.  
 FERDINANDUM AUSTRIACUM, Bojemæ Regem inter quosdam Silesiæ Principes Imp. suffragia  
 Collegas suos, Legationis Princeps, oratione luculenta gratulabundus ordinum Silesiæ dedit.  
 nomine cum laude salutavit. Matrimonium inter Sigismundum Augustum, Poloniæ ejus Fratrem  
 Regem & Elisabetham Ferdinandi, Regis, Filiam primogenitam, Regis sui Mandato D. FERDIN.  
 Posnaniæ confecit. Silesiæ universæ ab eodem FERDINANDO cum Imperio præfe- l. magnum  
 ctus, nobilissimo onere eodem & clarissimo honore magna cum dexteritate defunctus Silesiæ Du-  
 fuit, nec ad sævitiam erga se accendi passus, orta ex diffidiis certamina, sapienter mi- cem totius  
 tigavit. Paralyti primum dein Febri correptus, doctissimus atque dignissimus Præsul Provinciæ no-  
 diem clausit extremum postridie D. Bartholomæi A. C. 1539. ætatis 58. cum Diœcesin gu- mine excepit.  
 bernasset annis XIX. Primus Episcoporum Nissæ in D. Jacobi Æde, eodem quo le- ab eodem  
 ctus fuerat die in Monumento Marmoreo ad fabre præparato conditus. Effigies ejus ad universæ Sile-  
 vivum expressa Wratislavia in Æde S. CRUCIS, ante Chorum majorem cernitur, addi- siæ Præfectus.  
 tumque illi hujusmodi tetraſtichon:

Princeps a SALZA si pectus ut ora JACOBI  
 Artificis posset pingere docta manus:  
 Ut nunc spectato nil cernis honestius ore,  
 Cernere si posses pectore nil melius.

BALTHASAR a PROMNITZ  
XXXVII. EP. WRAT.

& supremus  
Silesiae Praefectus.

optime de re  
ecclesiastica &  
publica meri-  
tus Gentis  
Locupletator  
indulgentissi-  
mus.

Pauperum  
quoque Ama-  
tor singularis

† A. C. 1562.  
20. Jan.

CASPAR a LOGAU  
XXXIII.  
EP. WRAT.  
antea Neosta-  
dienlis Au-  
striae.  
supremus Si-  
lesiae praefe-  
ctus.

† A. C. 1574.  
d. 4. Jun.

### XXXVII. BALTHASAR A PROMNITZ.

E nobilissima Promnitorum (kk) domus Lessendorffiae in Ducatu Glogoviensi Familia oriundus, sed cui majora ipse ornamenta dignatione sua reddidit, quam quantum a Majorum splendore acceperat commendationis, summorum quippe ac praestantium Virtutum merito per varios honorum gradus ad Episcopatum tandem Silesiae, eodem quo Jacobus decessit anno evectus, ac supremam insuper hujus Praefecturam ab Augustissimo Imperat. D. FERDINANDO sine ullo suo ambitu, unica atque una salutariter administranda Reipubl. ex rebus retrogestis de se concepta spe atque expectatione, quam & praeclare sustinuit, consecutus. Princeps fuit singularis ingenii, magni Consilii & eloquentiae, in rebus agendis strenuus & vigilantissimus. Concordiae & Pacis studiosissimus, ac nec solum Principibus ac Proceribus Patriae, sed ipsi etiam Caesari pergratus. Erga Familiares suos benignus, ac gentilium cum primis amantissimus: quibus & primus ipse ut a vetustissimi ac praestantissimi stemmatis Equitibus ad Barones transcriberentur, impetravit, & amplissimarum aliquot ditionum reliquit hereditatem, gemino majoratu, quem vocant, in spem ac perpetuitatem totius familiae, instituto: subditis suis talem in modum praefuit, profuitque; ut Regimen ejus hodieque grata & jucunda memoria recolatur: pauperum interea adeo non immemor, ut haut modo dum viveret, egenis atque calamitosus succurrere summas esse delicias arbitraretur, sed & supremo atque ultimo mentis Elogio satis liberaliter iis providerit. Febricula correptus quarta in (ll) mortem concessit XIII. Kal. Febr. A. C. 1562. cum annum Vitae ageret LXXIV. in Gubernatione fuisset annis XXII. mensibus IV. diebus III. antecessoribus exemplo Nissae in B. Jacobi Parochialis Ecclesiae Sacello tumulatus.

### XXXVIII. CASPAR A LOGAU.

Majorum suorum pace belloque clarissimorum Gloriam CASPAR a LOGAU non aequavit modo, sed & superavit longissime. Ingenii quippe Cultu doctrinarumque studio ad id honorum Culmen, cum se sacris addixisset provectus: ut ex Novae Civitatis in Austria Episcopatu ad Wratislaviensem postulatus fuerit. Vacuum ergo Balthasaris Praesulis obitu sedem annuentibus, qua P. R. qua CAESARE Augustissimo occupavit, nec ecclesiae modo suae, sed & universae Provinciae, cujus supremam Praefecturam Regia auctoritate gessit, quantam omnino potuit Operam, sedulo impendit. Princeps sane ingenii acumine, scientiarum varietate ac multarum linguarum peritia insigniter ornatus, nec minus manu quam lingua promptus, atque ad quosvis Casus in utramque Partem tam praeparatum habens animum, ut sicut pacis & tranquillitatis amicus erat, ita nec dubiam belli fortunam, cui Juvenis adsueverat, ullo modo formidaret. E Vita exiit Wratislaviae A. C. 1574. ac Corpus Nissam devectum & in Parochialis templi (mm) Sacello honorifice conditum fuit.

### XXXIX. WRA-

(kk) Quam curatius explicatam Tab. Geneal. huic Volumini inserta habet.

(ll) Epitaphium Explicatio historica Tabulae Genealogicae Illustrissimae GENTIS sistit.

(mm) Addito hoc Epitaphio;

#### CASPAR A LOGAU.

Splendore Generis, Ingeniique Praestantia, Belli, pacisque artibus ab adolescentia inter Pueros Regios Nobilissimos semper conspicuus: omnium bonarum disciplinarum, diversarumque Linguarum scientiae Cultor insignis: Virtutem vero Gloria Domi forisque clarus, Magni inclyti ac Potentissimi Regis FERDINANDI desiderio: SERENISS. ARCHI-DUCUM CAROLI F. Chariss. Praeceptor; Dein Antistes Neapoli Austriae designat: Mox Wratislaviae Episcopus rite postulatus Annos XII. Ecclesiae ac Patriae tam Episcopalis dignitatis, quam supremi per utramque Silesiam Capitaneatus munere singulari fide, prudentia ac pietate summaque cum laude feliciter praefuit. Vixit ann. 49. mens. 10. d. 1.

Moritur placide magno piorum Luctu & desiderio Viribus Corporis morbi diuturnitate exhaustis, Wratislaviae d. 4. mens. Junij. A. R. S. humanae M. D. LXXIII. hic sepultus quiescit in Spe Resurrectionis & Vitae sempiternae:

C U I

Mathias, Suidnic. & Jaurensis Praefectus,

Georgius, in Frid. & Kinsberg.

Henricus, Capitaneus Provincialis in Bechau.

Godofredus, in Schkotschau & Schwartzwasser.

M. B. G. H. M. P. P.

} Fratres Germani.



## XXXIX. MARTINUS GERSTMANN.

Natus hic Boleslavia familia quidem honesta & senatoria, sed in re minus lauta, patre Christophoro Viro consulari, & matre Catherina Libaldina, d. 8. Martij A. C. 1527. Cum ingenium illustre altioribus musis dedisset, eos in omni genere Eruditionis ac Juris præsertim, qua Civilis, qua Canonici scientia Progressus fecit, ut in celeberrima Patavienſi Italia Academia publicis honorum insignibus mactari & U. J. D. solemnibus inauguratione creari meruerit. Reversus inde ad suos, cum sacris serio addictus, ad Ordines adspiraret ecclesiasticos, a CASPARE, Præfule Wratislav. Nissa primum in Collegiata, dein in Cathedrali D. JOHANNIS Ecclesia Wratislavia Canoniatum, tandemque Decanatum non difficulter impetravit, ab Olomucensi Episcopo Guilielmo Cancellarii insuper dignitate honestatus. Quam ille Provinciam in magnis procurationibus, ea cum Prudentia & integritatis laude sustinuit, ut cum Virtutum ejus Fama ad summos etiam Principes pervenisset, MAXIMILIANUS II. Imperator Gloriosissimus, meritorum ille Arbiter singularis Hominem ad se evocatum, non modo secretis latinis, sed & Filiorum MATHIAE ac MAXIMILIANI, serenissimorum Austriae Archi-Ducum studiis proficeret. In quibus ille similiter functionibus conceptam de se spem non æquavit modo, sed etiam longe speravit, ea propter maximo merito ab AUGUSTO & ad Nobilium Ordinem antiquata plebeji ortus humilitate cum suis transcriptus & sacri Lateranensis Palatii Comitiva donatus. Quibus ipsis minime tralatitiis honoribus, ut omnes statuiebant, non tam præmium meritis persolutum, quam ad sublimiora gradum Gerstmanno factum, ita expectationem illam ratam fecit CASPARIS Episcopi obitus. Eo enim Vita functo cum electioni novi adesse juberetur, præter spem atque opinionem suam, consentientibus majoris Canonice partis suffragiis, compluribus aliis præteritis ad Insulam delectus fuit. Cujus quidem rei fama ad Imperatorem laudatissimum delata, tam illi grata exstitit, ut electo haut solum per Epistolam sua ipsius Manu scriptam & secretiori parvo obſignatam sigillo humanissime gratularetur, verum etiam, etsi haut dum impetrata Pontificis confirmatione, Præfecturam utriusque Silesiæ supremam committeret, conventumque paulo post Principum atque Ordinum Provinciæ per illum indiceret. Exemplum sane Epistolæ Augustæ, quia bona nobis Fortuna obvenit, hec adscribere operæ pretium existimavi, & sic se habet: - - Lieber Gerstmann. „In dieser Stunde habe ich von meinen Commissariis und eurem Schreiben vernommen, vestram electionem in Episcopum Wratislaviensem quod faustum & felix sit. Bin auch damit nicht allein zufrieden, sondern Sie hätten keinen eligiren können, qui mihi fuisset magis gratus. Denn ich euch kenne und gar nicht zweifle, daß ihr das herein bringen werdet, so die vorigen Bischöffe unterlassen haben. De reliquis postea ulterius scribam. Et iterum vobis gratulor de electione in vestram personam facta. Denn ich Euch auch in reliquis, quæ necessaria erunt, sive Romæ sive alibi non deero. Sed vobis libentissime in omnibus adero & promovebo, tanquam illum, qui mihi est gratissimus. Dat. in Molendino Cuttenburg d. 5. Julij. Accepta ex Urbe Electionis confirmatione ab Antonio Archi-Episcopo Pragenſi solemnibus Ceremoniis inauguratus fuit, ac initio statim Episcopatus ad Poloniæ Procures a D. MAXIMILIANO missus, non minore prudentia quam felicitate Negotium suæ & Collegiarum commissum fidei perfecit: neque minus fidam post Maximiliani excessum, RUDOLPHO II. Imperatori Augustissimo, difficillimis ac gravissimis in Negotiis, multis obitis legationibus præstitit operam, ea insuper sapientia, moderationis, Clementiæ, animique ab omni contentione remoti, documenta edens, ut in magna apud plerosque Ordinis esset Charitate ac Veneratione. Præfecturam sane quamdiu gessit, summa Charitate totum se se Patriæ impendit, atque fiderum modo, quæ irrequieta semper cursus suos explicante, quasi in perpetua quadam Vigilantia nunquam oculos a Republica dimovit & in tanto rerum undique concurrentium congestu vix otiosum spiritum duxit, ut cunctis negotio suo Otium, cura ac sollicitudine securitatem præstaret. Ad synodum Petrocoviensem, in qua de Decretis potissimum concilii Tridentini exequendis tractandum erat, ab Archi-Episcopo Gneznenſi vocatus, se quidem, cur venire non posset, excusavit, nec eo minus tamen, si Metropolitanus excusationi locum dare nollit, Lega-

MARTINUS Gerstmann  
XXXIX. EP. WRAT.

antea EP. OLOMUCENSIS Cancellarius & Decanus Wratislav inde D. MAXIMILIANO II. Imp. A SECRETIS.

Ejus Gratia Episcopatum adeptus est. & supremam utriusque Silesiæ Præfecturam.

Litteræ OPTIMAE CASPARIS ad Episcopum neoelectum.

variis inde Legationibus inclytum,

deque Rebus Patriæ optime meritum

tos in tempore missurum promisit, pro sua insuper ecclesiam Gneznensem observantia, quicquid Concilio Tridentino congruum atque consentaneum, tractatum atque conclusum fuerit, sibi atque Ecclesiae suae summopere gratum & acceptum fore, testatus. At vero cum Pontifici Romano a Poloniae Episcopis nominatum se se comperisset, qui una cum Episcopo Olomucensi constitutionum synodi Petrocoviensis Executor constitueretur, id Delegationis Genus, quod ipsi etiam Nuntii Apostolici abhorreere videbantur, omni studio subterfugit, RUDOLPHO CAESARE cum primis suppliciter rogato, ne temporibus adeo periculosis ministros suos & fideles servos in discrimen vocare ac Remp. turbari sineret. Annuit ille, cumque a Pontifice per Cardinalem Madrucium, quod petebat, hauc difficulter impetrasset, magno metu Episcopum liberavit. Sed qui nihilominus Acta synodi ab eodem Pontifice confirmata ac sibi transmissa & lubentissime recepit & promptissime subscripsit & in synodo Dioecessana A. C. 1580. Wratislaviae celebrata solemnissime promulgavit. Podagra primum, ad extremum Vitis stomachi laborans, eo vel morbo vel nimio, uti non nemo credidit, medicamentorum usu extinctus, ad πλειόνας abiit Nissae X. Kal. Junij Anno LXXXV. cum X. annos ac totidem menses, tam Episcopatum quam Praefecturam summa cum laude tenuisset, ibidem ad (nn) D. JACOBI honorifice funeratus. Sic quippe Tabulis supremis caverat, ut si Nissae quid humanibus sibi attigisset, isthic quoque humo conderetur, ac quidem sine Pompa, seu Wratislaviae, ibi maneret. Bonorum haeredes scripsit ex Triente Canonico-rum Wratislaviensium Collegium & ex triente propinquos suos, Triente reliquo per Legatarios quos inter Wenceslao Cromero: Secretario suo: Viro insigniter docto, ad historiam Silesiae absolvendam, edendamque M Thaleros reliquit, distributo, sed hac tamen lege atque conditione: ut si quidem propter delicta publica vel privata contingeret, calamitate aliqua & adversa fortunae tempestate adeo se se opprimi, ut amissis fortune, nulla Ecclesiae, Necessariis, Amicis, Familiae, pauperibus gratificandi facultas foret reliqua, in eum casum juxta synodales Metropolitanæ Ecclesiae (nostræ) Gnesnensis constitutiones & consuetudines, in primis vero extravagantem Johannis XXII. quæ incipit: suscepto regiminis: Beneficium anni gratiæ sibi reservaret.

† A. C. 1585.  
d. 24. Maji.

ANDREAS  
Jerin XL. EP.  
WRAT.

## XL. ANDREAS JERIN.

Reudlingæ oppido Sueviæ ad Danubium, Patre quidem ex plebejo Ordine, Senatore tamen natus, ab incunte ætate Litteris Operam dedit, eo cum successu & felicitis ingenii acumine, ut a Cardinale Augustano Truchsessio dignus judicaretur, qui Nepotum suorum in nobilissima & florentissima Academia Lovaniensi. Praeceptorem ageret. Romam inde profectus in Collegio Germanico VII. vixit annis, Praetoria Pontificis Maximi Helvetiorum cohorti a Concionibus fuit. Doctoratus autem Gradum in Theologia Bononiæ adeptus, in Germaniam rediit, ac Dillingæ Parochi Officio ac Munere functus est. Wratislaviam tandem cum venisset, Canonicatus a Gregorio XIII. P. R. sibi collati possessionem accepit, praeposituram inde a Comite Kosdiazovin per resignationem consecutus. Mortuo Episcopo Martino, communi & unanimi voto in successorem electus, nec multo post a RUDOLPHO II. IMP. totius Silesiae Praefectus constitutus, tota vitæ suæ spatium omnem eo convertit curam, ut & Ecclesiae & Provinciae, cum primisque SACRA-

& supremus  
Silesiae praefectus.

(nn) Addito hoc Epitaphio;

DE ROM. IMPP. & BOH. REGG.

Praecipue vero de Ecclesia, Capitulo suo & hac Patria ob insignes feliciter obitas Legationes, quarum nomine Magnam Existimationem & laudem promeruit, Libertatem denique non postremam ac rebus in utroque Foro agendis, summam Vigilantiam, Industriam & Dexteritatem OPTIMO ac BENE MERITO PRINCIPI

MARTINO GERSTMANNO,

Episcopo Wratislaviensi,

SUPREMO PER UTRAMQUE SILESIAM CAPITANEO:

Capitulum & Executores Testamento designati Gtatitud. G. PP.

obiit d. 24. Maji. Anno Domini M. D. LXXXV.

Cujus animæ Deus sit propitius!

SACRATISSIMO CAESARI suam industriam ac fidem comprobaret, quam & legationibus quinque in Poloniam obitis, abunde contestatus fuit. Princeps pacificus ac sapiens, qui ut ipse Doctrina præditus erat, in ista quidem fortuna, tam admiranda quam rara, sic viros doctos amore, sic favore insolito non admodum quidem certe frequentiori prosequeretur: cujus in illo illustria multa, sed unum præclarissimum argumentum, quod ipsum tunc omnium bonarum Litterarum principem, Justum Lipsium, magnis inusitatisque ad se præmiis & honoribus invitavit. Undecim in Episcopatu vixit annis & ex itinere Oracoviensi domum æger reversus, ipsis Nonis Novemb. A. C. 1596. præsentibus Consiliariis, Cubiculariis, aliisque Aulicis naturæ debitum placida morte exsolvit. Wratislaviæ ex testamento præscripto ante aram argenteam, quam ipse ut pietatis suæ in DEUM & Munificentiam Ecclesiam (sic loquente inscriptione infra imaginem CRUCIFIXI) exstaret, proprio ære fieri A. C. 1590. curavit, sepultus. Eandem prope aram ad latus sinistrum marmori incisum legitur hujusmodi Epitaphium:

egregiis in  
ECCLE-  
SIAM, PA-  
TRIAM &  
Bonas Litte-  
ras Meritis  
inclutus

† A. C. 1596.  
5. Nov.

## M E M O R I A E

Revermi. atque Illmi. Principis ac Domini  
Domini ANDREAE JERINI,  
EPI. WRATISLAVIENSIS ET PER UTRAMQUE  
SILESIAM CAPITANEI,

Qui honesto apud suos loco natus, Eruditione, Virtute  
ac Pietate tantum enituit,  
ut per omnes honorum Gradus ad summum hoc Pontificiæ  
atque Principalis dignitatis  
Fastigium evectus sit.

In quo utroque recte tuendo & Conscientiæ & Magistratui  
suo & Collegio Fratrum & Provinciæ  
præclare satisfecit,

A CAESARE ob rem domi & in legationibus amplissimis bene gestam  
sæpe laudatus,

a Fratribus Capitularibus ob Ecclesiam sancte administratam,  
auctam, ornatam  
facultate testandi donatus,

a Provincia tota ob egregias animi Virtutes amatus & cultus,  
Vixit Annos LVI.

rexit Ecclesiam hanc & universam Provinciam

Annos XI. mens. IV. dies II. obiit Nissæ d. 5. Novemb.

A. S. clclo XCVI.

## XLI. BONAVENTURA HAN.

electus.

BONAVENTURA  
HAN. XLI.  
EP. WRAT.  
electus

Novo Præfuli in Andreæ locum legendo cum dicta fuisset dies V. dec. ejusdem quo ille vivere desiit anno, a Majori quidem Canonorum parte Episcopus creatus fuisset BONAVENTURA GALLUS, Glogoviensis Silesius, Vir egregie doctus & ob vitæ integritatem magnæ existimationis, sed cujus tamen electionem, qua aliquanto præcipitanti, nec Legatis Cæsareis, ita uti dicebat, auditis, celebratum usque adeo impugnavit CAESAR, ut non ante quiescendum sibi putaret, quam per internuntium suum Johannem Matthæum Wackerum, qui Andreæ Cancellarius fuerat, Suevus & ipse, ob idque Suevicæ Nationis præcipuus Fautor, Roma ecore perducta, ut sed recedens Clemens VIII. P. R. post longam & accuratam Deliberationem rationibus Cæsaris acquiesceret, annullataque Electione illa Haniana Venerabili Capitulo peculiaribus litteris plenissimam potestatem faceret ad novam novi Antistitis Electionem deveniendi. Quibus de causis Bonaventuræ Electionem tantopere adversatus sit Cæsar, alibi nobis dictum, neque parum vero cunctantem diu Pontificem, id tandem ut postulationi Cæsareæ adsentiretur, impulisse videtur, quod sub id ipsum tempus vacante Ecclesia Olomucensi Papa apud Cæsarem pro Francisco Cardinale Ditrichsteinio non perfunctorie sed dili-

gen



re-  
diit ad Vi-  
tam privatam.

gentissime semel atque iterum intercessisset, spem ei faceret minime dubiam, se se vicissim in Gratiā Pontificis auctoritatem suam Regiameo usque interpositurum, ut Cardinalis ab Olomucensibus Canonicis in Præsulem eligeretur. Id quod & feliciter CAESAR fideli Legatorum suorum Industria effectum dedit. Ita ergo Bonaventura, novo & antea in his terris pene inaudito Exemplo, tertio postquam electus fuerat anno, repudiatus, exinde privatus vixit, cum promitteret Pontifici CAESAR, se se Hano provisionem annuam trium millium aureorum in bonis Braunoviensibus sine mora assignare velle, cujus quidem summæ statis temporibus, videlicet in Festo D. Galli mediam partem, reliquam autem in Festo D. Georgii indubitato accepturus, honestamque sustentationem habiturus sit. Quod si in Provinciis sibi subiectis aliqua Prælatūra Regii Juris patronatus vacatura sit, eam se libenter cum hac provisione commutaturum, ipsique Hano in Gratiā sanctitatis suæ collaturum esse. In Curia Romana Patronos habuit non paucos, quorum & opera factum, ut cum JOHANNES A SITSCH Paulo Alberto succenturiatus, Balthasare Neandro, Doctore & Canonico Romam misso confirmationem peteret, haut aliter eam impetrare potuerit, nisi promisso Bonaventuræ annuo quater mille coronatorum subsidio. Quo tamen ille haut contentus, ut æs quoque alienum quod ad XLII. M. contraxerat, capitulum solveret, instantissime urfit. Commissa ea res Cardinali Dittrichsteinio a Pontifice, hujusmodi quidem eventu, ut Capitulum viginti duo millia Thalerorum solvenda in se susciperet. Nec multo post factum, ut Bonaventura Olomucii die undetrigesima Junij, quæ DD. Petro & Paulo sacra, anno hujus seculi secundo Lerhargia correptus & ex parte quoque Phrenesi, non sine suspitione Veneni, quod ante hac Pragæ haussisse dicebatur, diem suum obiret.

PAULUS  
ALBERT.  
XLII. EP.  
WRAT.

## XLII. PAULUS ALBERTUS.

Bonaventura Hano, Episcopatu cedere coacto, cum ad diem novæ Electioni præstitutam (fuit ea 5. Maij. A. C. clōlo XCIX.) Cæsarei Legati sive Commissarii advenissent, ac pleno in Consilio benignissimam Imperatoris mentem Capitularibus fideliter ac prolixè exposuissent, factum est, ut ab iisdem, nemine quidem palam (erant enim haut pauci, qui id intra se ægerrime ferrent) repugnante aut contradicere comperito, PAULUS ALBERTUS: Scholasticus, natione Suevus & quidem Rudolphi Zellenfis a Lacu acronio, is ipse nempe, cujus Virtutes tantopere Pontifici Cæsar prædicaverat, Capituloque pro auctoritate sua Regia commendaverat, in Episcopum eligeretur. Idque tanta Cæsaris lubentia, ut jam nunc electum denuo Pontifici commendare hujus verbis & stylo, ut apparet, Wackeriano, non dubitavit: Quod hisce nostris facimus & sanctitati vestræ eundem electum quam diligentissime & quidem ita commendamus, ut majori efficacia commendare nequeamus: filiali observantia rogantes, ut pro tuo in nos propensissimo amore non solum electionem hanc Canonice & legitimo modo factam, gratiose approbare & ratam habere, verum etiam ipsum electum, virum integræ famæ, innocentissimæque Viræ, deque NRA MAJESTATE præclare meritum, perpetua sua Clementia & Paterno affectu complecti, denique Brevi suo eidem Capitulo quam citissime insinuare velit, sibi nimirum placere, ut interea temporis, donec confirmatio subsequatur, Electus in plenam administrationem Episcopatus admittatur. Libenter enim, Beatissime Pater ei hoc testimonium damus, eum ingenii animique dotibus, aliisque tali Præsuli dignissimis qualitatibus ita præditum esse, ut DEO, Ecclesiæ, nobisque optima & nobilissima officia sit præstiturus. Certe tantum ejus prudentiæ & Candori tribuimus, ut supremum Capitaneatum in utraque Silesia ipsius Fidei ultro hisce turbulentis & periculosissimis temporibus committere non dubitaverimus. Et quidem eo libentius hæc fecimus, quod probe sciamus, Ecclesiasticum Ordinem in tam amplissima Provincia Patronum in PAULO habiturum esse, qui tanto adminiculo & quasi sulcro (supremi nimirum Capitaneatus) munitus, Eum ab omnibus Violentiis sit & defensor & Justitiam unicuique administraturus. Tanto amore, tantaque gratia CAESAR Augustissimus Paulum amplexus est, sed cujus tamen Gubernatio qua Ecclesiastica, qua Politica minime fuit diuturna. Anno quippe in sequenti, pridie nonas Maij repentina morte, cum Pontificiam confirmationem, sive insulam; ut vocant, cujus obtinendæ causâ Vitum Miletum, Canonicum Wratislaviensem amandaverat, haut dum accepis-

& SUPR.  
UTR. SILE-  
SIAE CAPI-  
TANEIS.

†A. C. 1600.

cepisset, inter varia molimina apoplexia aut suffocatione potius, uti anatomicis, qui Cadaver, more solito, aperuerunt & lustrarunt, visum fuit, propter copiosissimum sanguinem circa Præcordia collectum; non absque summo Suevorum dolore Nissæ extincti, ac sine Pompa in Parochiali D. JACOBI æde sepulti, ut verissime de Eo Poetarum quidam nostratum scripsisse videatur:

Ipse animo certe magnum & memorabile movit:

Sed pensum ipse sibi, quod longum duxerat, eheu!

Præter spem JHOVAE nutu dira Atropos occat.

### XLIII. JOHANNES A SITSCH.

JOHAN-  
NES A  
SITSCH  
XLIII. EP.  
WRAT.

Johanni Sitschio, Equestri apud Silesios Familias nato, spectata Virtus & Prudentia, magnarumque ac sacrarum rerum scientia, tantum auctoritatis & existimationis conciliavit, ut cum PAULO ALBERTO substituendus esset novus Antistes, post peracta officia divina, invocataque SPIRITUS SANCTI Gratiam; unus ipse a toto Canonorum Collegio, in quo tunc præpositum agebat, dignus visus sit qui ad infulas deligeretur. Factum id d. XV. Kal. sextilis, anni hoc ipsum quod vivimus seculum auspicientis, placuitque ea Electio non Pontifici tantum; etsi haut sine difficultate aliqua propter Bonaventuram Gallum (de qua jam ante dictum) sed & AUGUSTISSIMO CAESARI RUDOLPHO, qui tamen per Legatos suos Christopherum Poppelium de Lobkowitz Wolfgangum de Kolowrat & Johannem de Klenow, Melchiorem Clöselium, Episcopum Viennensem & Neostadiensem commendasset; ejus tamen præteritionem adeo ægre non tulit, ut cum se Pragæ stitisset novus Electus, haut solum electionem ejus ratam haberet, sed & eidem supremam Silesiarum Præfecturam committendam putaret. Præfuit octennium utrique officio summa cum laude Mortalitatis Vinculis exolutus, Nissæ, IV. Kal. April. Anno hujus seculi VIIIo.

& supremus  
Silesiæ utri-  
usque CAPI-  
TANEUS  
† A. C. 1608.

### XLIV. CAROLUS ARCHI-DUX AUSTRIÆ.

CAROLUS  
ARCHI-  
DUX AU-  
STRIÆ  
XLIV. EP.  
WRAT.

Viduata Pastore suo ecclesia Wratislaviensi, ubi conventus electioni indicti tempus appetiit, post sacrum peractum, pluribus Canonorum suffragiis postulatus, cunctisque e numero sodalium prælatus fuit: SERENISSIMUS ARCHI-DUX AUSTRIÆ: CAROLUS. Patris' ὁμωνύμῃ F. posthumus: Ferdinandi I. Imp. nepos, quod nimirum eo rerum statu Princeps auctoritate & ad finibus præpotente ad Rempublicam administrandam opus esse ducerent, quæ in CAROLO concurrebant, hinc proprii Generis tota Europa ILLUSTRISSIMI, inde Materni Bavarici prærogativa insigni: Hispaniarum præterea Monarchæ, Poloniæ Regis, Magni Hetruriæ Ducis Sororiorum adfinitatibus subnixo, Canonicus tunc erat Salisburgensis & Bassaviensis, sed idem paulo post Episcopatum Brixinensem consecutus ac tandem A. C. 1618. post Excessum MAXIMILIANI, Patruelis sui, Magister quoque supremus Ordinis Teutonici per Germaniam Italiam creatus. Princeps ille quidem ob singularem prudentiam, tum eloquentiæ gravitatem & variarum & rerum & linguarum usum, morum denique Majestatem cum amabili temperatam pulchritudine, atque etiam doctrina liberalissima Posteritati commendari longe dignissimus. Cum Principibus atque Ordinibus Silesiæ intercesserunt illi quidem, cum propter Decretum Cæsareum de libertate Religionis iis concessam, tum propter supremam Silesiarum Præfecturam ad solos Principes seculares restrictam, dissidia non levia, sed hæc tamen, ut haut eo minus fidam cum his coleret Amicitiam, Provinciæ adhæc totius salutem atque incolumitatem toto animo quæreret, totis viribus mediraretur. Turbatis in Silesia rebus in Vicinam Poloniam se se contulit, cum prius scriptis ex Civitate Residentiæ suæ Episcopali (oo) Nissa d. 14. Aug. A. C. 1619. ad Archi-Episcopum Gnezensem litteris, Episcopatum Wratislaviensem tutelari Pol.

supremus  
Teutonici  
Ordinis Ma-  
gister.

D

Regis

(oo) Quos Silesiæ namismaticæ integros inseruit, Clariss. Vir M. Godofredus Dewerdeck Archi-Diacon. Lignic. p. 225. & seqq.

Regis Patrocinio commisisset. Sedatis iis turbis & in Gratiam a FERDINANDO II. IMP. receptis Silesiis, CAROLUS & ipse ad hos revertit, ac Provinciae factus Generalissimus præclare de ea mereri magis magisque studuit. A rerum tractatione Animum ad Otium vel recreationem subinde revocare solitus, non Venationem solum pro deliciis habuit, sed & magnam ex piscatura Voluptatem, more piscatorum ipse ocreatus, hauriebat, dolare adhæc, tomo polire ligna, aliaque id Genus propriis manibus facere, mirum in modum gestiebat. Musica denique usque adeo delectabatur, ut ejus causa quotannis multa talerorum millia impendere non dubitaret.

designatus  
Lusitaniae Pro-  
Rex.

in Hispaniam  
profectus  
obiit A.C.  
1624. d. 24.  
Dec.

Corpore ad  
Latus D. Imp.  
CAROLI V.  
sepulto.

A PHILIPPO III. HISP. REGE humanissime in Hispaniam invitatus, ut Lusitaniae Regno præficeret, aliquando in Belgio substituendus, cum profectionem istam non modo non desuaderet sed & urgeret Frater FERDINANDUS IMPERATOR, ægre quidem a Silesia sua divulsus in viam se dedit: cumque Vienna digressus d. 22. Aug. A. C. 1624. d. 25. Novemb. sine notabili aut graviore incommodo appulisset, tertio adventus sui die in Febrim incidit, quæ indies ingravescens sic Vires CAROLI attrivit & labefactavit, ut superata omnium Medicorum Regionum industria, inevitabilem ei, quamvis adhuc posito in plena vitæ statione, sed ultimis tamen sacris omnibus perfuncto migrandi necessitatem attulerit, sic jubente Eo, penes quem solum stat vitæ necisque Jus ac summum suffragium. Incidit ejus mors inter varios apparatus gratulatorios & magnarum rerum expectationes in d. 26. Novemb. postquam vivendo Annos XXXIV. menses IV. ac dies undeviginti absolvit. In Corpore a Chirurgis aperto, Cor quidem una cum pulmonibus & Epate absque labe repertum indeque aromatis conditum, argenteo scypho inclusum in Silesiam delatum atque Nissa in Aede Franciscanorum, velut ultimo elogio mandaverat, conditum est, ipso interea corpore in Templo SanLaurentiano haut procul CAROLI V. Imperatoris sepulchro honorificis exequiis tumulato. Vacarunt hoc modo bini Episcopatus, Brixinensis & Wratislaviensis nec non Generalatus Teutonorum Equitum, quorum ille uni Canonico ex Capitularibus, jampridem Collegii Decano; iste CAROLO FERDINANDO POL. REGIS Filio, hic vero Johanni Eustachio de Westernach, alias Ordinis Vicario collatus fuit.

#### XLV. CAROLUS FERDINANDUS PRINCEPS POLONIAE ac SUECIAE.

CAROLUS  
FERDI-  
NANDUS  
Princeps Re-  
gius Poloniæ  
& Sueciæ  
XLV. EP.  
WRAT.

Ecclesiam  
Wratislaviensem neque  
filiam neque  
subjectam  
Archi-Epi-  
scopalis Gnes-  
nensis esse  
una cum Re-  
gio Parente  
testatus est.

Præquam Silesiæ valediceret CAROLUS Archi-Dux EPISCOPUS WRATISLAVIENSIS: sicut ipse CAROLUM FERDINANDUM, Sigismundi Poloniae Regis Filium: suum e Sorore Nepotem, cum ex sedis Apostolicæ auctoritate, rum ex SACRAE CAES. MAJESTATIS assensu in Coadjutorem ac futurum Successorem cooptare, sic Venerabile Capitulum adoptatum hoc modo acceptare constitutum habuit: certis tamen Legibus atque cautionibus a SIGISMUNDO PATRE præstandis, quarum prima quidem, ut si CAROLUM FERDINANDUM vel morte abruptum, vel spontanea Voluntate Episcopatu cedere contingat, ne prætextum alicujus ad Eum successionis Fratres vel alii Successores ejus, aliive e Polonica Natione prætendant, nullique adeo sequenti hæc Filii in Episcopatum assumptio debeat esse obnoxia: altera: ubi Deo auspice possessionem Episcopatus adeptus fuerit, ne Prælaturas, Canonicatus, Præbendas ceteraque ejusdem Ecclesiæ Beneficia Polonis aliisque conferat, quam quibus per Leges & statuta ecclesiæ licet: tertia denique: ne Ecclesia ab Archi-Episcopo Gnesnensi Primæ & primo Principe Regni Poloniæ, sub primitialis & Metropolitanæ Ecclesiæ superioritatem atque Jurisdictionem trahatur, neve ea Filii Regii in Episcopatum Wratislaviensem receptio Præjudicium aliquod Juribus & Consuetudinibus, quoad dictam subjectionem erga Metropolitanum Gnesnensem Episcopis Wratislaviensibus in posterum pariat. Eas vero conditiones servaturum se, cum primisque ne receptio ista Ecclesiæ Wratislaviensi fraudis sit, operam daturum, auctoritatemque suam Regiam apud Archi-Episcopum Gnesnensem interpositurum, nec in eam rem serenissimum Filium suum, quamdiu Episcopus fuerit, consensurum spondit, peculiaribus Litteris reversilibus confectis, quas & manu sua subscripsit & sigillo Regio muniri mandavit, datas Warsoviæ d. 5. Maij. A. C. 1624. Cæterum CAROLO Archi-Duce primis diebus, qui-



quibus Hispaniam appulit, extincto, magnæ ob successionem exortæ difficultates, cum non deessent, qui vel Archi-Duci LEOPOLDO GUILIELMO: CAESARIS FILIO: vel uni e Canonicorum Collegio dignitatem illam adjicere cuperent, sed quam tamen CAESAR, ex ipsius Pontificis mente, Poloniae Regis Filio, dissuadentibus nonnullis licet consiliariis, deferri maluit, atque ut id fieret, per Legatum Fridericum a Tallenberg, Baronem Dicafterii Bojemici Præsidentem, a Collegio impetravit. Quo id Consilio factum ex Caroli Caraffa Episcopi Aversani Comm. de Germania sacra restaurata licet cognoscere. Nostrum est Reverendissimo Præsuli, bene animata dicere verba & illud maxime apprecari, ut amore ac studio tranquillitatis publicæ conservandæ cum Principibus atque Ordinibus Silesiæ paria facientem ac cætera quoque Episcopatus Gu- Vota pro in-  
columitate  
Ejus soluta.bernacula pie & iuste moderantem, DEUS optimus maximus, omnibus maximis benedictionibus amantissimum, quam (pp) diutissime felicem ac novis insuper laudum accessionibus Beatum præstet!

(pp) Rebus humanis d. 9. Maij. an. 1655. ereptum, legitime d. 30. Aug. e. a. postulatus.

XLVI. EP. WRAT. LEOPOLDUS WILHELMUS. ARCHI-DUX AUSTRIAE excepit. D. Ferdinandi III. Imp. F. Princeps pacis bellicque Virtutibus fulgentissimus, ab Alexandro VII. P. R. d. 21. Jan. seqv. anq. confirmatus: Ecclesiarum Argentinenfis, Pallaviensis, Halberstadiensis & Olomucensis Præful dignissimus: supremus quoque Teutonici Ordinis Magister ad An. usque 1662. d. 27. Nov. superstes: successit eadem AUGUSTISSIMA GENTE natus.

XLVII. EP. WRAT. CAROLUS JOSEPHUS, ARCHI-DUX AUSTRIAE Ferdinandi III. Imp. F. Magnus Teutonici Ordinis Magister & Ecclesiarum Pallaviensis & Olomucensis Antistes, magno omnium desiderio anno ætatis XVI. O. R. 1664. d. 27. Jan. terris ereptus.

XLVIII. EP. WRAT. fuit SEBASTIANUS A ROSTOCK. Grotcovia a parentibus mediocris fortunæ ortus, egregiis vero Virtutibus insignis, d. 9. Junij. 1671. defunctus & Nissæ ad D. Jacobum sepultus, cujus Famam & fata his verbis, quæ monumentum exornat, recenset inscriptio.

Hoc Monumentum A. M. DC. LXXIV.

Reverendissimi ac Celsissimi Principis

SEBASTIANI

EPISCOPI WRATISLAVIENSIS ET SUPREMI CAPITANEATUS,  
PER UTRAMQUE SILESIAM ADMINISTRATORIS,

Qui

Grotkovia oriundus, per Virtutum tramites

ad altiora evectus Parochus Nissensis factus

ab inde propter Fidem AUGUSTISSIMO CAESARI

juratam a Suedico milite captus

postea

Archi-Diaconus Cathedralicus promotus utramque Silesiam

ad Orthodoxam Fidem Reformatione cum periculo

vita peracta perduxit

atque ideo

SERENISSIMORUM ARCHI-DUCUM

LEOPOLDI GUILIELMI

&

CAROLI JOSEPHI

EPISCOPORUM WRATISLAVIENSIIUM

Administrator Plenipotentarius declaratus, tandem cum applausu  
universali

EPISCOPUS electus

Symbolum gerens: secura mens iuge convivium.

Omnem vitæ suæ rationem pro DEO, Ecclesia & Cæsare

Dirigens, in Conscientia recte factorum

Ultimum diem clausit Wratizlaviæ

d. 9. Junij A. D. M. DC. LXXI.

Posuit debitæ gratitudinis ergo ab alte memorato  
 Principe, Præsidio Regiminis Excellsi Nissensis  
 Honoratus, & Prælatura Custodiæ Cathedralis donatus  
 Johannes Henricus Heymann de Rosenthal.  
 Casparus Henricus L. B. de Rosenthal. Hæres perfecit.

XLIX. inter EP. WRAT. locum d. 3. Sept. An. 1671. obtinuit.

FRIDRICUS. R. E. CARDINALIS, HASSIAE LAND-GRAVIUS. ORD. MILITARIS. S. JOHANNIS HIÉROSOŁYM. IN PROVINCIIS GERMANIAE MAGNUS MAGISTER, PRINCEPS IN HIRSCHFELDEN, COMES IN KATZENELLENBOGEN, DIETZ, ZIEGENHAIN, NIDDA SCHAUENBURG, ISENBURG ET BÜDINGEN, S. R. I. NATIONIS TEUTONICAE ET REGNORUM ARRAGONIAE ET SARDINIAE PRO-TECTOR, NEC NON DUCATUS UTRIUSQUE SILESIAE SUPREMUS CAPITANEUS Ludovico V. cognom. Fidei, Landgravio Hassiæ ex Magdalena, Joh. Georg. Elect. Brandenb. Filia A. O. R. 1616. d. 28. Febr. natus, qui per Provincias Italiæ suscepto itinere Romanæ Ecclesiæ nomen dedit, & in Equitum Melitenensium ob egregias quibus eminebat Virtutes, inde ad illas omnes Dignitates receptus & evectus est, quas nunc numero suo recensui. Obiit Princeps Urbis quoque Silesiorum Principis amantissimus d. 19. Febr. An. 1682. Corde ad Ecclesiam Collegiatam Nissam translato. Corpore vero in Sacello splendidissimo ab ipso in honorem S. Elisabethes a qua sanguinem duxerat Episcopus, ex marmore ad Ædem Cathedralem S. JOHANNIS structo, sepulto. Collatis inde suffragiis cum S. C. R. MAJESTATIS Olo-mucensem & Wratislaviensem Episcopatum ab uno Præsule regi justis sapientissimisque ex causis prohiberet, & SERENISSIMUS PRINCEPS PALATINO - NEOBURGICUS WOLFFGANGUS: Electus WRAT. EPISC. an. seqv. d. Junij ecclesiam morte sua redderet viduam, uno omnium applausu, magnoque Silesiæ totius commodo. EPISCOP. WRATISLAVIENSIS d. 30. Junij e. a. 1683. postulatus fuit.

#### L. FRANCISCUS LUDOVICUS.

Prematuro fato erepti Principis Frater: PHILIPPI WILHELMI, ELECTORIS PALATINI & ELISABETHES AMALIAE LANDGRAV. HASSIAE, Id. 24. Jul. 1664. natus quem GERMANIA nunc ARCHI-EPISCOPUM MOGUNTINUM, ARCHI-CANCELLARIUM, ET PRINCEPEM ELECTOREM publicæ salutis Gubernacula ex uno omnium voto dirigere lætatur: qui & GENERALIS MILITIAE HIÉROSOŁ. ORD. B. MARIAE TEUTONICORUM PRUSSIAE ADMINISTRATOR. ac EJUSDEM PER GERMANIAM, ITALIAM PARTESQUE TRANSMARINAS SUPREMUS MAGISTER, WORMATIENSI Ecclesiæ ut WRATISLAVIENSI EPISCOPUS ex voto dignissimus ac ELLUACENSI PRAEPOSITUS PRINCEPS obtigit, COMES PALATINUS RHENI, BAVARIAE, JULIAE, CLIVIAE & MONTIUM DUX, PRINCEPS MOERSAE, COMES VELDENTIAE, SPONHEIMI, MARCHIAE, & RAUENSBURGI, DOMINUS IN FRAUENSTEIN, FREUDENTHAL & EULENBERG etc. etc. CUI tanta concordia tantoque concentu Virtutum & Meritorum fulgentissimo senectutis jam insignibus ad augendam dignitatem ornato, Annum 1733. Jubilæum, quem Præsulum, qui præcesserunt, nemo attigit, inter festivas omnium acclamationes celebrandum apprecamur:

FIAT FELICITER.



II.

**DIPLOMATARII  
BOHEMO-SILESIACI**

**CONTINUATIO;**

**SIVE**

*DIPLOMATA CCII.*

**B O H E M I A E**

**ET**

**SILESIAE**

**RES**

**ILLUSTRANTIA ET CONFIRMANTIA.**



\*

# I. Litteræ HENRICI I. Ducis Silesiæ Javoriensis de XI. maldratis Brasii Fratri Thomæ de Lubes ad Vitæ Dies : inde Claustro de Lubes concessis.

\*

**I**N nomine Dmni amen. Ne ea que geruntur in Tempore simul lapso Tempore labantur a memoria hominum, perutile est ea Testibus & Litteris firmari. Nos igitur HENRICUS DEI GRACIA DUX ZLEZIE : ET DNUS DE VURTEMBERCH ET DE JAWOR : ad notitiam omnium tam presentium quam Successorum volumus devenire : quod fidelis noster Albertus Bavarus in nra Provincia constitutus XI. maldratas Brasii quas sibi iusto Venditionis Titulo comparaverat, singulis annis de allodio Heynemanni enüßel vel quicumque hoc allodium succedente Tempore possideret, prope Civitatem Jawor recipiendas bona ac libera Voluntate Fratri Thomæ de Lubes donavit ac resignavit. Has autem XI. maldratas Brasii supra scriptas ad petitionem Alberti Bavari & de nra Gracia speciali, que pro annuo Censu de prefato Allodio circa Jawor quicumque hoc possidet, dare sunt consueti Fratri Thomæ prenarrato ad Tempus Vite sue constituimus large percipiendas & possidendas : Cum autem predictus Frater Thomas Viam universæ Carnis ingressus fuerit, predictum Censum scilicet XI. maldratarum Brasii ad Claustrum Lubes recognoscimus & profite-  
mur in perpetuum debere pertinere. In hujus Rei Testimonium presentem litteram scribi fecimus nri sigilli munimine corroboratam. Actum & datum Javorii Ao. 1314. in die Galli Confessoris, presentibus subnotatis : Dno Ottone de Kyttelicz. Kunemanno de Sydelicz : Bernhardo de Zcedelicz : Jonscone Pistore : Hyncone Saxone : Heinnyng Saxone : noris Civibus in Jawor : Conrado nro Proto Notario : & aliis fidei Testimonio decoratis.

Henricus I.  
Dux Silesiæ  
Javor.  
XI. maldratas Brasii ab  
Alberto de Bavaro ad  
Fratrem  
Thomam de Lubes  
Donationis  
Titulo translatas eo de sancto Monasterio Lubensi  
confert : an.  
1314. die Galli  
Confessoris :  
Testes  
1) Equites Silesii :  
2) Cives Javorienses,

\*

## II. Litteræ HENRICI I. DUCIS SILESIAE JAVORIENSIS V. marcarum Reditus annui Censu Coenobio in Liebenthal confert.

\*

In Nomine Dmni Amen. Cunctorum perit memoria factorum, nisi vivaci Testimonio Instrumentique publici adminiculo fuerint roborata. Nos igitur HENRICUS DEI GRACIA DUX ZLEZIE : DNUS DE VURSTEMBERCH ET IN JAWOR omnibus in perpetuum tam presentibus quam futuris volumus fore notum : quod constituti in nra Presentia fideles nri : Dnus Petrus de Ottendorff : Proto-Notarius noster & Apeczko : Frater Ejus, in bona Corporis sui Valetudine V. marcarum Reditus annui Censu, quos in Civitate nra Jawor in Macellis seu Bancis Panum, Calceamentorum & Carnium nomine hereditatis hætenus tenuerunt, Dne Abbatisse in Liebenthal & Conventui ibidem Ordinis Cisterciensium simpliciter resignaverunt coram nobis, asserentes eosdem V. marcarum Reditus ipsis Monialibus in Liebenthal rite & rationabiliter vendidisse. Nos vero huic Emptioni seu Venditioni Assensum prebere volentes & Consensu ipsam presentibus confirmamus. Concedentes, conferentes & donantes V. marcarum Reditus memoratos dicte Abbatisse seu Sctis Monialibus in Liebenthal, que nunc sunt vel erunt pro Tempore Jure hereditario in perpetuum possidendos, habendos, tenendos, vendendos, commutandos, alienandos & in Vsum proprios prout ipsis expedire videbitur convertendos : actum in Liebenthal : proxima Dmnica ante Nativitatem MARIE VIRGINIS : Anno Dmni M.CCC.XXVIo. presentibus ad hoc vocatis : & rogatis ut : Boleone de Kyttelicz : Apeczkone de Rackewitz : Milite : Cunrado de Czed-

Henricus I.  
Dux Zlezia  
Javoriensis  
V. marc. re-  
ditus annui  
Censu ex  
Bancis Panum :  
Calceamentorum & Carnium Urbis Javoriensis  
Monialibus  
in Liebenthal  
confert :  
an. 1326. prox.  
Dnica ante  
Nativitatem  
B. M. V.  
Testes Equites Silesii.

litz: nro Mareſchallo: Johanne Buck: Henrico de Vroburch: Syffrido Rencker: Alberto Bavaro! & aliis fide dignis. Datum per manus Johannis de Czlivitz: nri Notarii: V. Id. Septembr.

\*

### III. Litteræ Foundationis Hospitalis Javorienſis.

\*

Henricus I.  
Dux Szlezie  
Javorienſis  
Cives Javo-  
renſes collata  
ſtipe

Hospitale an-  
te Portam  
Goldber-  
genſem ex-  
truxiſſe:

ſequē hoc  
Opus egre-  
gium habere  
ratum teſtatur:

ſalvo Jure  
Parochiali  
Eccleſie &  
ſalvo Jure  
Dominii:

An. 1344. in  
Vigilia S. Ni-  
colai Confeſ-  
ſoris:  
Teſtes Equi-  
tes Sileſii.

In Nomine SANCTE & INDIVIDUE TRINITATIS: Amen. Homo natus de Muliere brevi vivens Tempore in extremo Articulo Vite poſitus tranſactis multis Miſeriis & Erumnis neceſſario debet conquirere merita, quibus auxilia uſ meretur accipere Gaudia futurorum, que nec Oculus vidit, nec Auris audivit, nec unquam Actus interioris Hominiſ comprehendit. Hinc eſt quod nos HENRICUS DEI GRACIA DUX ZLEZIE DNUS DE VURSTEMBERCH ET IN JAWOR omnibus in perpetuum tam preſentibus quam futuris hanc litteram intuentibus & audientibus cupimus facere notum, quod quia fideles nri Cives Jauworenſes Divine Inſpirationis Inductu ad alendos infirmos & Perſonas miſerabiles nec non ad excipiendos Exules atque ſubveniendum quibuslibet Anguſtitiis quantum facultas ſuppedit, de propriis Facultatibus, ac de bonorum hominum Eleemoſynis fundaverunt, locaverunt, conſtruxerunt, & dotaverunt Hospitale prope eandem Civitatem nram Jawor ante Portam Goldbergemſem, cum Infirmario & Oratorio & ſtructuris eidem neceſſariis competenter exſtruentes, Nos vero conſiderantes Eorum in hoc Efficaciam & Opus in manu eorum bene dirigi Inſtinctu Divino & de maturo nrorum fidelium Conſilio, dicti Hospitalis Foundationem, Locationem, Conſtructionem & Dotationem, omneſque Donationes dicto Hospitali factas & etiam adhuc faciendas commendamus & preſentis ſcripti Patrocinio confirmamus, dantes in perpetuum dictis nris Civibus ſeu Conſulibus qui pro Tempore fuerunt antedictæ Civitatis nre Jawor plenam & omnimodam Poſteſtatem, providendi, gubernandi & regendi dictum Hospitale cum omnibus ad illud pertinentibus & impoſterum pertinere valentibus rebus, mobilibus & immobilibus tam in parvis quam in magnis, nec non ad ſtatuendum & deſtituendum Prepoſitos & Procuratores ac officiales quoscuque Clericos vel Laicos, vel per ſe regere neceſſarios dicto Hospitali, ſalvo tamen Jure Barochiali Eccleſie ibidem & his pro quibus juſte requirendi ſumus, videlicet in Vecturis & collocando nros ibidem Prodiatores aut Venatores, ut in aliis nris Hospitalibus conſueti ſumus, quod ad nrum Dominium reſervamus, harum Teſtimonio Litt rarum. Datum & actum ibidem in Jawor ſub Anno Incarnationis Dni M. CCC. XLIVo. in Vigilia S. Nicolai Confeſſoris: Teſtibus ſubnotatis: Viris nris fidelibus: Dno Peczccone & Leopoldo: Dnis de Vchtricz: Conrado de Czedlitz: Syffrido de Eüſenberg: Tinzmauno de Buck: Dno de Reginberg: & Bernardo da Waldaro: nro Proto-Notario: cujus manibus preſentia ſunt conſcripta.

\*

### IV. Litteræ HENRICI I. DUCIS SILESIAE JAVORIENSIS de Cenſu Foreſticum Dominio in Henrichsdorff.

\*

HENRICUS  
I. Dux Sileſie  
Javorienſis

Catherinam  
de Noſſin  
Cenſum Fo-  
reſti cum Do-  
minio in  
Henrichs-  
dorff  
ſanctimonia-  
libus S. MAR-  
MAGDALE-  
NE in Luba-  
noro

vendidiffe

In DEI nomine Amen. Cunctorum perit memoria ſtatutorum niſi Teſtibus Juridicis & ſcriptis publicis fuerint roborata: hinc eſt quod nos HENRICUS DEI GRACIA DUX ZLEZIE DNUS DE VURSTEMBERCH ET IN JAWOR univerſis ad quos preſens ſcriptum pervenerit, volumus eſſe notum, quod in nra Preſentia conſtituti honeſta Matriona Catherina: relicta quondam Nobilis Viri Ulmanni de Noſſin: Dna cum ſuis heredibus ſingulis & omnibus bona Corporis Valetudine conſiſtentibus fatebantur, quod Cenſum qui dicitur Foreſti in Diſtrictu Javorienſi in Villis infra ſcriptis ſitum cum Jure & Dominio nro in Henrichsdorff Ejusdem Diſtrictus, ſanctimonialibus Ordinis S. Marie Magdalene in Lubanoro commorantibus, pro XL. marciſ Groſſorum Regalium rite & rationabiliter ac maturo Conſilio prehabito vendidiſſent, ſupplicantes nobis humiliter & obnixē, quatenus Eundem Cenſum eiſdem ſanctimonialibus conferre DEI OMNIPOTENTIS intuitu dignaremur: Nos igitur utriusque preſentis ſcilicet vendentis & ementis Precibus inclinati, quam maxime ad divinum Cultum ampliandum in remedium Animarum tam nre quam nrorum Progenitorum, preſatum Cen-

Censum cum Jure & Dominio nro in Heynrichsdorff predicto in manus nras resignatum contulimus honorabili Viro Dno Conrado de Dornheim: Preposito sanctimonialium earundem Nomine Conventus totius Dominarum in Lubano quiete & pacifice nec non libere & perpetue possidendum: Ville autem in quibus predictus Censu situs est, sunt hec: In L. Mansis prope Civitatem Jawor sitis, sunt XX. Mensure Tritici, tantum Avene colligende: In Villa Provin est maldrata Tritici & tantum Avene: In Villa Tschirnitz octava dimidia Mensure Tritici & tantum Avene: In Jacobi Villa sex Mensure Tritici & tantum Avene; In septem Mansis septem Mensure Tritici & tantum Avene: In nova Villa V. maldrate Avene: In Villa Klonicz sex Mensure Tritici & totidem Avene: In Jegerdorff decem Mensure Tritici & totidem Avene: In Villa Kolmenitz quatuordecim Mensure Tritici & totidem Avene: In Wilhelmi Villa sex Mensure Tritici & maldrata Avene: Ut autem hec Collatio nostra inconvulsa & inviolabilis perseveret, nrum Sigillum presentibus est appensum. Actum & datum in Bolizlavia prox. fer. I. post Dominicam Invocavit: Anno Dmni M. CCC. XLVIo. presentibus subnotatis Testibus videlicet Syffrido de Ruffendorff: Judice nre Curie Lewnbergensis: Peczkone de Landes-Kron: Judice nre Curie Bolizlaviensis: Petro de Borow: nro Mareschalko: Beczkone Runge: Johanne de Bolenczk: Tamone Kymen & Burchardo de Waldow: nro Proto-Notario: Cujus Manibus presentia sunt conscripta & de Jussu nro completa.

testatur &amp; ratum habet:

actum Bolezlaviae 1346. prox.

fer. I. post Dncam Invocavit.

Testes Nobiles Silesii.

## V. Litteræ BOLCONIS I. DUCIS SILESIAE SUIDNICENSIS de Censu Foresti cum Dominio in Heynrichsdorff.

In Nomine Domini Amen. Nos Bolco DEI GRACIA DUX Zlezic Dnus de Vürstenberch & in Swydnitz omnibus presens scriptum iuventibus tam presentibus quam futuris volumus esse notum, & ex relatione Veridica percepimus quod honesta Matrona Dna Catherina dicta de Nossin: relicta quondam Ulmanni de Nossin cum Heredibus suis coram PATRUO NRO FELICIS RECORDACIONIS DUCE HEYNRICO: INCLITO PRINCIPE ET DMNO JAWOREN. publice fatebantur, quod Censum Foresti in Districtu Jaworiensi cum Dominio Principis in Heynrichsdorff Ejusdem Districtus vendidissent rationabiliter atque rite Religiosis Dominabus sanctimonialibus in Lubaro, & ipsum in manus EJUSDEM PATRUI NRI libere resignassent & quod eundem Censum cum Dominio Ducis predicto in Heynrichsdorff Eisdem sanctimonialibus perpetue & pacifice possidendum de Benignitatis sue Gracia contulissent: Nos igitur EJUSDEM DUCIS HEYNRICI: PATRUI NRI: SUCCESSOR HEREDITARIUS earundem sanctimonialium Precibus impulsatus, sperantes Orationum & aliorum bonorum Operum ipsarum esse participes, contulimus eisdem bona prefata predicta libertate & perpetuitate pacifice & sine quovis obstaculo possidenda. Censu autem & in Villis subscriptis ad Festum B. Martini singulis annis colligendus, videlicet in L. mansis prope Civitatem Jawor XX. Mensure Tritici, tantum Avene, in Villa Provin maldrata Tritici, tantum Avene, in Villa Ruperti maldrata Tritici, tantum Avene, in Villa Tschirnitz octava dimidia Mensure Tritici, tantum Avene, in Jacobi Villa sex Mensure Tritici & tantum Avene, in septem mansis septem Mensure Tritici & totidem Avene, in nova Villa V. maldrate Avene: in Clonicz VI. Mensure Tritici & totidem Avene: in Villa Colmenitz XIV. Mensure Tritici & totidem Avene, in Wilhelmi Villa VI. Mensure Tritici & maldrata Avene. In cujus rei Certitudinem & Evidentiam plenior presentibus dari jussimus nri Majoris Sigilli munimine de certa nra Scientia diligentissime roboratas: actum & datum Swydnitz in Die B. Dyonisii anno Dmni M. CCC. XLVIo. presentibus nris fidelibus infra scriptis: Dnis Kekel Meninkwin: Conrado dicto de Cirney: Fredrico de Pechwinckel: Conrado de Czedlitz: Tizmanno Buch: Petro de Czedlitz; Proto-Notario nro qui presentia habuit in Commissio & pluribus fide dignis.

BOLCO I. Dux Silesiae Svidnicensis

Censum Foresti cum Dominio in Villa Heynrichsdorff sanctimonialibus in Lubaro acquiritur tanquam DUCIS HENRICI I JAWORIENSIS

Successor Hereditarius: confirmat.

Svidnitzii 1346. in Die B. Dionysii. Testes Equites Silesii.



\*  
**VI. BOLEZLAI DUCIS SILESIAE ET POLONIAE** Litteræ  
 super Castro Kemnitz SIBOTONI DE NOBILI FAMILIA  
 Ovium datæ.  
 \*

**BOLEZ-**  
**LAUS** Dux  
 Silesiæ & Po-  
 loniæ ob egre-  
 gia Merita  
**SIBOTONI**  
**DE NOBILI**  
 Familia  
 Ovium  
 Castrum  
 Kemnitz jure  
 Hereditario  
 confert :  
 sub Censu an-  
 nuo VI. marc.  
 Argenti Puri :  
 & ut cum Spa-  
 done & uno  
 Sagittario se-  
 cum in Polo-  
 niam profici-  
 scatur :  
 Wratisl 1243.  
 fer. III. post  
 Festum JOH.  
**EVANGEL.**  
 Testes Comi-  
 tes & Equites  
 Silesii.

In Nomine Domini Amen. Nos **BOLEZLAUS DEI GRACIA DUX SILESIE ET PO-**  
**LONIE** tenore presentium notum facimus universis presentibus & futuris ad quorum au-  
 dientiam presens scriptum pervenerit, quod consideratis serviciis utilibus & honestis que  
 felicis Memorie **PATRINRO HENRICO DUCI ZLEZIE CRACOVIE ET POLONIE**  
 nobisque sepius fidelis nr Miles & Castellanus in Kemnitz Siboto de nobili Familia Ovium  
 cum multa fidei Securitate exhibuit & singulariter ad Edificacionem Castri nri in Kem-  
 nitz multis nobis impendit de bona nra & libera Voluntate damus & concedimus  
 sibi in bonis suis que hactenus rite & rationabiliter ad prefatum Castrum possidet in VII.  
 mansis plenam omnimodam Libertatem eidem & suis heredibus seu legitimis successori-  
 bus & cum omni Jure perpetuo duraturam : Ita quod ab omni Exactione, petitione, Col-  
 lectione, Auxilio permanebunt exempti : contulimus etiam eidem & suis heredibus  
 ipsum Castrum Kemnitz Jure hereditario cum omnibus appertinentiis & Utilitatibus li-  
 bere & in perpetuum possidendum, nisi quod pro hac Donacione nobis singulis annis  
 VI. marcas Argenti puri in Nativitate DNI NRI in Wratislavia pondere Mercatorum  
 persolvat, & si necessum fuerit cum sp adone & uno Sagittario nobiscum ibit in Poloniam :  
 Et ut hec inviolabiliter observentur, in hujus rei Argumentum presentem Chartam sigilli  
 nri munimine fecimus roborari : Actum Wratislaviæ anno M. CC. XLIII. fer II. post  
 Festum S. JOHANNIS EVANGELISTE presentibus Comite Ratzlao Castellano Wra-  
 tislav. Jaxa Castellano de Soyne : Comite Stanislao, Castellano in Gryfenstein : Dno  
 Merbotone de Czetters in Uriburg : Armigero nro : Dno Peczkone, Fratre Ejusdem  
 in Czischenberg : & Dno Nicolao Falcorario aliisque quam plurimis ad Testimonium  
 idoneis.

\*  
**VII. HENRICI IV. DUCIS ZLEZIE ET DMNI WRATIZLAVIE**  
 Litteræ super vendito Prato sito circa Svvydnitz Theoderico  
 de Syttavia ab Henrico Advocato de Svvydnitz & Vythone de Stregom  
 pro XXVIII. marcis ab omnibus Solutionibus libere possidendo.  
 \*

**Henricus IV.**  
**Dux Silesiæ**  
 Wratisl.  
**Henricum**  
 adv. se Swyd-  
 nitz & Vy-  
 thonem de  
 Stregom  
 unum Pratum  
 circa Swyd-  
 nitz Theode-  
 rico de Sytta-  
 via vendidisse  
 ratum habet :  
 Swydnicii  
 1274. Testes  
 Comites Siles.

In Nomine Dmni Amen. Nos **HENRICUS DEI GRACIA DUX ZLEZIE** ad  
 notitiam universorum tam presentium quam futurorum volumus pervenire, quod Hen-  
 ricus Advocatus de Svvydnitz & Vytho de Stregom vendiderunt unum Pratum situm cir-  
 ca Svvydnitz Theoderico de Syttavia pro XX. octo marcis sibi suisque liberis & heredi-  
 bus ab omnibus solutionibus & serviciis libere & perpetuo possidendum : In cujus rei Te-  
 stimonium presens scriptum nri Sigilli munimine duximus roborandum : Acta sunt hec  
 & data in Svvydnitz Anno Dmni M. CC. LXXIV. presentibus Comite Thymone :  
 Comite Symone : Comite Samborio : Comite Pacoslao : Comite **ANDREA DE WRBNA :**  
 Comite Stephano Frater Penczconis : pcr manum Henrici Notarii Curie nre.

\*  
**VIII. HENRICI IV. Ducis Silesiæ Wratislaviensis** Litteræ de V.  
 mansis Franconicis Adilheydi concessis.  
 \*

**HENRICUS**  
**IV. Dux Siles.**  
 Wratisl.

Adilheydi  
 V. mansi Fran-  
 con.

In Nomine Domini Amen. Cum omnes Temporales Res sicut & Tempora in  
 quibus sumus, varientur mirabiliter, propterea & mutantur, & nihil sit quod eundem  
 observet statum, ob hoc igitur congruum esse dignoscitur, ut scitu presentium, ne per suc-  
 cessionem Temporum rapiantur in Oblivionem futurorum & sic in nihilum redigantur,  
 litteris cum appensione Sigillorum roboratis stabiliter confirmari. Hinc est quod nos  
**HENRICUS DEI GRACIA DUX ZLEZIE** tenore presentium universis presentibus  
 videlicet & futuris hac pagina Inspectoribus notum fore cupimus quod Adilheydi Uxo-  
 ri

ri Godfridi Civis nostri in Javvor ex locatione quam Hermannus quondam Vir Ejus bo- circa Jawor  
ne memorie locavit Civitatem predictam in spatio scilicet L. mansorum Franconicorum ex Locatione  
ex quibus sibi cesserunt V. mansos quos prefate Dmne Adilheydi & omnibus suis Heredi Hermann  
bus cum omni Jure & sine cuncto gravamine donamus & porrigimus libere perpetuo quondam  
possidendos, & ut totius Dubietatis cesset objectio nullisque iniquorum factis suis falla- Viri Ejus  
cibus valeat immutare: in Testimonium eidem & suis Heredibus prenominatam Dona- libere & per-  
tionem litteris presentibus munimine nri Sigilli dignum duximus roborandam. Testes petuo possi-  
hujus rei sunt Dnus Henricus de Profin: Dnus Rupertus: Dnus Timo Marschall: Fri- dendos con-  
dricus Civis: Hardradus Civis: Cunradus Altrezyn: Heinco F. Hardradi: Walthe- cedit:  
rus de nova Civitate. Datum in Javvor per manus Gerlaci Capellani nri Anno Javorii 1275.  
M. CC. LXXV. Testes 1)  
Equites Sile-  
sii: 2. Cives  
Javorienſes,

\*

## IX. HENRICI IV. DUCIS SILESIE WRATIZLAVIENSIS

Litteræ de Officio & Depositionis tam Vini quam Cerevisiæ  
Suidnici constituto.

\*

Nos HENRICUS DEI GRACIA DUX ZLEZIE ET DNUS WRA- HENRICUS  
TIZL. Innotescimus universis Testimonio hujus scripti, quod Civitati nre Svvidnicen, IV. Dux Sile-  
& Civium inibi degenſium Commoditatibus insistentes de nrorum milium Consilio ex siæ Wratizlav-  
instinctu pro universis ejusdem Civitatis necessitatibus & etiam Apparatus, Officium prolixo in  
Conductus & Depositionis tam Vini quam Cerevisiæ indulgemus perpetuo libere valitu- Suidnic. Ci-  
rum, presentibus confirmantes, dantes super eo presentes litteras nro Sigillo sigillatas in vitatem ani-  
evidens Testimonium & Cautelam: Datum Wrat. anno Dmni M. CC. LXXVII. mo ductus  
Non. Decembr. Officium  
Conductus &  
Depositionis  
tam Vini  
quam Cerevi-  
siæ ibidem  
constituit:  
Wrat. 1277.  
Non. Dec.

\*

## X. Litteræ BOLEZLAI. I. CALVI DUCIS SILESIAE

in Gratiam Civium Leobergensium editæ.

\*

In Nomine Domini Amen. Quod Majestas Principis elargitur, illibatum debet confer- BOLEZ-  
vare solertia successoris. Nos igitur BOLEZLAUS DEI GRACIA, DUX ZLEZIE no- LAUS I.  
tum facimus universis presentibus & futuris quod perspectis multis obsequiis fidelibus Ci- Calvus Dux  
vium nrorum in Levvenberg & etiam incommodis seu Damnis eorundem per Insultus cre- Silesiæ Wrat.  
bros hostium Terre nre ipsis frequenter illatis, deliberato ac bono nrorum fidelium Consi- Civibus in Le-  
lio eis hanc fecimus gratiam specialem, quod de L. mansis in Muges pertinentibus nullus wenberg  
Civium prefatorum eos possidens aliquid nobis solvat, in serviciis aut collectis, nisi forte ad Libertatem  
Collectas Civitati pertinentibus secundum Numerum Mansorum plus respondeat aliis- de Serviitiis  
que - - scilicet non habentibus ibi mansum ullum. Villani vero qui residuos Mansos in in L. mansis:  
ipsa Villa manentes possident, singulis annis unum Fertorem Argenti de quolibet manso  
pro Vigilibus & Custodia Civitatis dicte Civibus ipsis persolvent certis Temporibus se- & mercatori-  
cundum quod nobis ipsum solvere consueverunt: insuper hoc admisimus consensu bus de Telo-  
pleno: quod omnes Mercatores nri aurige seu Ductores cum suis Mercibus fluvium Bo- nio saper flu-  
ber transeuntes qui fuerint in ipsa Civitate possidentes nullum ibi Telonium persolvant: vium Bober:  
in omnibus autem Teloniis Terre nre statuti & justi Telonii solvent tantummodo dimi- concedit:  
diam pensionem. Hanc itaque Graciam magnam ideo Civitati prefate favorabiliter ad-  
misimus ut Vulgo & Pauperibus ibidem sustentantibus per Collectas varias oppressio la-  
mentabilis immoretur. Actum & datum Levvenberg anno Dmni M. CC. LXI. in Leoberg: 1261,  
octava Nativitatis S. MARIE: presentibus fidelibus nris Jaxone Palatino Lignicensi: in octav. Na-  
HENRICO DE PROMNITZ: Conradode Milbus: DIETERICO de HOBERG: tiv. S. MA-  
Tamone de Fetovv: Advocatis ibidem: Wernhero de Toma: Martino Advocato RIAE:  
in Lehn: Civibus Henrico Longo: Goltmanno: Ottone de Milsin: Hermanno Testes:  
Australi, Richusino & Arnoldo Calvo: Hermanno de Glogovv: Petro Leone: Alberto 1) Equites  
Cunrado de Wide: Arnoldo tunc Monetario & aliis multis: Datum per manum Magi- Silesii:  
stri Ludovici Notarii nri, 2) Cives &  
Officiales.

E

XI. Con-

\*

**XI. Confirmatio omnium Privilegiorum, Jurium & Libertatum  
ECCLESIAE WRATISLAVIENSIS  
WENCESLAI ROMANORUM ET BOHEMIAE REGIS**

Anno Domini 1382. data.

\*

WENCES-  
LAUS ROM.  
& BOH. REX

considerans  
ECCLESIAE  
WRATIS-  
LAVIENSIS  
& EPISCO-  
PI Eminen-  
tiam

& plurima in  
REGNUM  
BOHEMIAE  
merita

tanquam Pa-  
tronus & De-  
fensor Eccle-  
siae  
adhibito Pro-  
cerum Consi-  
lio  
omnia Ejus-  
dem Dominia  
& Jura  
rata habet :

quocunque  
veniant No-  
mine:

Insertis Ante-  
cessorum glo-  
riosissimorum  
Privilegiis:

In Nomine Domini Amen. WENCESLAUS DEI GRACIA ROMA-  
NORUM REX SEMPER AUGUSTUS ET BOHEMIAE REX ad perpetu-  
am Rei Memoriam notum facimus tenore presentium universis: Etsi Virtute commissi  
nobis divinitus officii Monarchae communi bono subditorum nrorum omnium tene-  
mur intendere & indemnitatibus providere, horum tamen tranquillitatis & status argu-  
mentum merito zelamur attentius, qui intra peculiaris Regni nri Bohemie limites resi-  
dentes, non solum honorabiliter & decenter Cultui divino deserviunt, verum etiam pre-  
cipue defensionis nre presidio cum plena personarum & rerum fiducia se submittunt. Sa-  
ne pensantes in animo, quod ECCLESIA WRATISLAVIENSIS que est in Regno  
nro predicto Principatus insignis & VENERABILIS EPISCOPUS ibidem pro Tem-  
pore nec non honorabiles Prepositos: Decanus & Capitulum Wratislavien. Dive Me-  
morie serenissimo Principi quondam Domino CAROLO ROMANORUM IMPERA-  
TORI ET BOHEMIE REGI PATRI: ET ILLUSTRIS JOANNI olim REGI BO-  
HEMIE AVO NRIS CARISS. dum viverent multo sinceritatis studio placuerunt &  
quod in presentiarum sede Wratislav. vacante honorabiles Johannes Lubucen. Sub-  
Camerarius Regni Bohemie: & Nicolaus Brumien. Eccliar. Prepositi: Canonici & Ad-  
ministratores Ecclesie Wratislav. nec non Capitulum ibidem devoti nri dilecti Serenitati  
Regie promptissima devotionis fide deserviunt ac se indefessis laboribus realiter gratos red-  
dunt, Ponderantes etiam quod nos tanquam BOHEMIE REX: PRINCEPS ET DUX  
ZLEZIE ET DNUS WRATISLAVIE: Patronus Ecclesiae Wratislav. precipuus  
& Defensor, Ecclesiam eandem, Capitulum, Canonicos, & Clerum Secularem, Terras  
& Possessiones, bona & homines eorum tenemur ex debito ab illicitis oppressionibus,  
violentis & injuriis defendere gratiose: ideoque animo deliberato non per errorem aut  
improvidē, sed sano Principum, Comitum, Baronum & Procerum Consiliariorum  
nrorum fidelium communicato Consilio de Regiae Liberalitatis Munificentia speciali, o-  
mnes & singulas concessiones, Indulgentias & Gratias, nec non Dominia, Jura, Jurisdi-  
ctiones Temporales, Libertates, Donationes & Possessiones tam in *summo Wratislavi-  
ensi, quod est Ecclesie, Capituli, Episcopi, & Collegiarum Ecclesiarum ibidem Proprietas.*  
*Locus, Mansio, & Dominium Principale,* quam in omnibus & singulis aliis Terris, Oppidis,  
Castris, Districtibus, Prædiis, Villis, Possessionibus, atque Locis eorum & specialiter in  
Villis Politz: Krintsch: Schwaritz: Bischoffsdorff: Tuton, Radoscovvitz sive Bisco-  
pitz, Jelin, Schidlacovvitz, Gorczicz, Schlintz, Genz, Leupoltovvitz, Radovscovvitz,  
Irsnacon, Ratevvitz, Rhaltevvitz, Meloschitz, Crätengasse & Weniggasse prope Civita-  
tem Wratislav. Scharaschovv, Crucigersdorff, Proschovv, Wilckovv, Pravvaczin, Rad-  
vvanitz, Eckersdorff, Parschovv, Parvum, Czanschin, Bleisch, Raslavitz, Mandelovv,  
Lilgenthal, Bischovvitz in Monte Repplin, Czuchalicz, Oltaczin, & Mouchbor, Stigo-  
novvitz alias Paschovvitz, Jeschkittel alias nova Villa Cainslovvitz, Cantzovv, Operaui,  
Raudon, Cosnon, Pustcon, Melovvitz, Kuntschuetz, Grunhuebel, Cruere, Oferitz, Pola-  
novvitz & Possivantone alias Prottsch, nec non in universis Villis quomodocunque nomi-  
natis & ubicunque sitis per totam Wratisl. Dioces. que & quas in presentiarum justo Ti-  
tulo conjunctim ac divisim tenent, habent & possident, nec non omnia Privilegia & Lit-  
teras dictorum clare memorie genitoris & avi nrorum & etiam signanter Privilegia que  
a bone memorie illustriss. quondam Henrico I. Henrico II. Henrico III. Henrico IV.  
Henrico VI. & ultimo Ducibus Zlezie & Dnis Wratislav. aque Henrico: Conrado at-  
que Bulcone olim Ducibus Glogovie pro se & Ecclesia Wratislav. predicta obtinuisse  
noscentur, ac etiam Privilegia per quoscunque Principes, Duces, Comites, Barones, Nobi-  
les aut alios CHRISTI fideles Predecessores nros Ecclesie Episcopo Capitulo, Prelatis,  
Canonicis & Clero seculari Wratislav. communiter vel divisim donatas, traditas & con-  
cessas,



cessas, donata, tradita & concessa, ac si eorundem Tenores originaliter de verbo ad verbum hic forent inserti, Regia autoritate Bohemie tanquam PRINCEPS ET DUX ZLEZIE ET DNS WRATIZLAVIE expresse recognoscimus, laudamus, approbamus, ratificamus, innovamus, de novo concedimus & presentis scripti patrocinio de certa scientia nra confirmamus: Insuper ut quorundam Privilegiorum Ecclesie Wratislaviensis notitia firmiter, melior atque longævior habeatur, quædam aliis hic non insertis nullatenus derogando, eadem potius ut premittitur confirmando presentibus inseri mandavimus, que quidem Privilegia de certa scientia specialiter approbamus, de novo concedimus, & ut melius etiam possimus confirmamus: Quorum Tenores suo Ordine subsequuntur, & quidem primi Privilegii Tenor sequitur in hec Verba.

XII. In Nomine Domini Amen. Licet in eximiis Principatibus constituti Regnorum solia dirigamus, instantis tamen fati necessitate compellimur ut dum meditamur devota mente novissima, ad placitum disponamus & gratiam cœlestis Misericordie largiorem. Nos igitur HENRICUS DUX ZLEZIE KRACOVIE ET SENDOMIRIE meditatores & sollicita revolventes Indagine qualiter per Nos & Nros Progenitores ECCLESIA B. JOHANNIS in Wratislavia, nec non bona, possessiones ipsius Ecclesie atque Monasteriorum aliorumque piorum Locorum Possessiones & predia, que eidem Episcopatu sunt subiecta, multiformibus ac diversis injuriis, Pressuris ac Gravaminibus infinitis in nre salutis dispendium hætenus fuerunt desolara, quorum etiam damnorum Æstimationem propter Infinitatem ipsorum ad certam non possumus reducere quantitatem, in satisfactionem damnorum ipsorum & restaurationem violentiarum illatarum, tam personis quam prediis supra dictis pro salute anime nre, ac progenitorum nrorum, in remissionem peccatorum, que quacunque temeritate commisimus in bona Valitudine Mentis nre de Consilio & consensu Baronum nrorum, damus, conferimus & liberaliter elargimur omnibus possessionibus Civitatibus, Vicis, Villis omnibusque prediis tam rusticis quam urbanis, puram, perfectam & integram libertatem ab omnibus serviciis Teutonici Juris atque Polonici, ab omnibus Angariis & Perangariis, Collectis pariter & Vecturis & aliis quibuscunque vexationibus, quocunque nomine censeantur libertates, & expresse & nominatim Terram Nissensem & Ottmuchoviensem nec non alia bona Ecclesiastica intra Wratislaviensem Diocesim constituta ab omnibus serviciis supradictis: Renunciantes ex nunc pro nobis nostrisque heredibus & successoribus quibuscunque tam ex Testamento quam ab intestato venientibus omni Jurisdictioni & Juri Ducali quod nobis competeat in possessionibus supradictis, Conferentes etiam Ecclesie Wratislav. Dominium Jurisdictionem & Facultatem majoris Judicii supra causis sanguinum & specialiter super omnibus causis majoribus, que Jus Ducale hætenus contingebat, conferentes etiam eidem libertatem in terra Nissenfi predicta & Ottmuchoviensi tam in judiciis quam in moneta: volentes, ut Episcopi qui pro tempore fuerint in ibidem plenum Dominium perfectumque in omnibus habeant JUS DUCALE: ad Executionem autem omnium predictorum, ne predicta nra Voluntas & pium arbitrium aliquo modo violetur, in possessionem omnium Jurium predictorum ipsum Episcopum Ejusque Nuncios seu Procuratores per Subcamerarium nrum in corporalem possessionem fecimus induci: restituimus insuper Wratisl. Ecclesie Bandlovvitz cum toto Districtu sicut Episcopus prius possidebat, quod violenter abstuleramus eidem, nec non omnes possessiones & predia que per Patrem seu Patrum vel per Nos Vite nre temporibus indebite fuerunt occupate: In cujus rei Testimonium & Evidentiam pleniores presentes litteras scribi jussimus nri sigilli munimine roboratas: Actum Wratislaviæ Anno Domini M. CC. XCo. Presentibus Bernhardo preposito Misnenfi & Cancellario nro: Nankero Palatino nro: Simone Gallico: Henrico de Wisenbergk: Policzone de Schellenvvalde: Schamburio de Schildbergk: Gunthero de Biberstein: Kagasio de Pogrell: Petro Stofchevvitz: Wernhero de Legnitz: Gifiltero Collneri: Jaroslao de Habersdorff: Budovvigio Copatschin: Rascone Dremling & aliis quamplurimis fide dignis. Datum per manum Ludovici Proto-Notarii nri in Vigilia B. JOHANNIS BAPTISTE.

Item alterius Privilegii Tenor talis est:

XIII. In Nomine Domini Amen, Nos JOHANNES DEI GRACIA REX BOHEMIE: LUCEMBURGENSIS COMES: DUX ET DNS WRATIZLAVIENSIS VIEN-

1) HENRICUS IV. Dux Silesiæ Wratislav. moribundus ECCLESIA S. JOHANNIS Wratislaviæ quam olim multis Injuriis afflixerat

Libertate ab omnibus Servitiis Juris Teutonici

atque Polonii & JURE DUCALI

donat: Wratisl. 1290.

in Vigilia S. JOH. BAPT.

2) JOHANNES BOHEM. REX prolixo

in ECCLE-  
SIAM  
WRATIS-  
LAVIEN-  
SEM Animo  
concessa  
Ducum  
Wratisl. &  
Glogovienti-  
um Privilegia

Regia munifi-  
centia auget

& confirmat:

promittens  
contra quosvis  
Hostium  
Insultus  
praefens Auxi-  
lium

Parif. 1342.  
d. 4. Octobr.

Idem  
JOHAN-  
NES BOH.  
REX

ECCLESIE  
WRATIS-  
LAVIENSI

VIENSIS : Considerantes Sinceritatis Affectum quo reverendus in CHRISTO DNS PRECISLAUS : WRATIZLAVIENSIS EPISCOPUS nobis studuit sinceris affectibus complacere, Nos affectantes eidem Dno Episcopo vel qui pro tempore fuerit, & Ecclesie Capitulo ac toti Clero seculari Civitatis & Dioecesis Wratislaviensis in nro temporali Dominio constitutis & specialiter Ecclesie nre Glogovienfi grata favoris nri vicissitudine occurrere, ac ipsos Regia Benignitate reddere consolatos, ut & ipsi quietem consecuti ac Pacem nris adjuti Beneficiis in Pace Pacis Domino liberius valeant famulari, omnes Gratias, Privilegia, Indulgentias & Libertates per quoscunque Duces, Comites, Barones : Predecessores nros in Civitate & Dioecesi & specialiter ac precipue per bone memorie Divos Principes Duos Henricum I. Henricum II. Henricum III. Henricum IV. Henricum V. Henricum VI. & ultimum, tunc Duces Zlezie & Dnos Wratislav. nec non per Dnos Conradum & Bulconem olim Duces Glogovienfes & per nram Majestatem Regiam concessas & datas seu concessa & data, ratas & gratas seu rara & grata habentes eas & ea, cujuscunque continentie & tenoris existunt: recognoscimus, innovamus, approbamus & nihilominus ex certa nra scientia presentibus confirmamus, Promittentes bona fide & sinceritate in his scriptis reverendo in CHRISTO Patri Dno Precislao DEI & Aplice sedis Gracia, Episcopo Wratislav. predicto presenti & recipienti vice & nomine suo & Ecclesie & Capituli Wratislaviensis, nec non Cleri secularis manutenere semper atque inviolabiliter & illibate servare Gratias, Indulgentias, Libertates & Privilegia omnia supradictas & etiam supradicta Epum & Capitulum ac Clerum secularem predictum contra quoscunque Reges, Duces, Comites, Barones, Tyrannos, Spoliatores, Molestatores, Injuriatores & Perturbatores ipsorum, cujuscunque Conditionis aut status extiterint defendere, ac ipsos ac ipsorum Bona, Terras, Statum & Jura defendere & conservare absque omni doli scrupulo, postquam percepimus eos aut ipsorum aliquos molestari & perturbari in Personis, Rebus vel Juribus ipsorum vel ipsis Injurias irrogari, aut postquam ipsi vel aliqui ipsorum nobis spolia, molestias, injurias & perturbationes ipsorum intimaverint, auxilium a Majestate Regia postulantibus, exceptis duntaxat illustrissimis Principibus Dnis HENRICO JAURENSI & BOLCONE SWIDNICENSI DUCIBUS: contra quos in terris ipsorum ipsum Dnum Epum Ecclesiam & Capitulum predictos non tenebimur adjuvare, nisi forsitan idem Duces ipsum Dnum Epum Ecclesiam seu Capitulum in bonis Epalibus Ecclesie seu Capituli predictorum in Ducatu Wratislaviensi seu Ducum aliorum Vassallorum nrorum sitis perturbare forsitan conarentur, tunc Epco Ecclesie Capitulo predictis contra predictos Duces ad praestandum eis auxilium & luvamen volumus obligari: Insuper Epco & Capitulo memoratis promittimus data fide, quod nos aut primogenitus nr Marchio Moravie Epum & Capitulum Wratislav. Eccles. & Clerum secularem Ecclesie Civitatis & Dioecesis Wratislav. vel Laicos Subditos quoscunque in bonis Wratislav. Ecclesie consistentes, nullo unquam tempore quomodolibet aggravaminibus, exactionibus, Talliis, solutionibus, Collectis, Petitionibus Pecuniarum, Animalium, Annonarum, Servitutum, Vecturarum vel aliarum Angariarum seu Parangariarum quocunque censcantur nomine aut descensibus vel stationibus ad Villas & Alodia Epi, Capituli & Eccle predictorum, sed juxta Privilegiorum suorum Tenores ipsis in his scriptis plenam, meram & omnimodam concedimus Libertatem. In quorum omnium Testimonium & robur perpetuo valiturum presentes conscribi & appensione Sigilli nri volumus muniri. Datum Parisiis IV. d. m. Octobr. Anno Dni M. CCC. XLIIo.

Item Tenor tertii Privilegii subsequitur.

XIV. In Nomine Domini Amen. Nos JOHANNES DEI GRACIA REX BOHEMIE Comes LUCEMBURGENSIS DUX ZLEZIE ac DNUS WRATIZLAVIENSIS: Universis ac singulis presentes Litteras inspecturis volumus esse notum, quod animadvertentes propensius quod licet omnium piorum Operum altissimus sit Receptor, ea tamen que ad divini Cultus fiunt augmentum in remuneratione apud ipsum sunt precipua & priora: Itaque ob Reverentiam DEI & SS. JOHANNIS BAPTISTE ET JOHANNIS EVANGELISTE: VVRATIZLAVIENSIS ECCLESIE Patronorum, quos speciali devotione sincerius veneramus, omnia & singula Privilegia, Gratias, Libertates ac Indulgentias per quoscunque Duces Zlezie & Dnos WRATIZLAV. Comites & Barones Predecessores nros ibidem & per Nram Regiam MAJESTA-



JESTA TEM Dno Epco, Capitulo & Clero Wratizlav. Ecclesie concessas & datas, seu concessa & data, ratas & gratas, seu rata & grata habentes, eas & ea, cujuscunque & Continentie & Tenoris existunt: Recognoscimus, innovamus, & approbamus & nihilominus ex nra certa sciencia presentibus confirmamus, imo etiam ex nunc de novo de benignitate Regia prefatis Dno Epco & Capitulo & Clero & singularibus Personis Ecclesie Wratizlav. Dignitatibus Personatibusque Ejusdem in omnibus bonis eorum Villis & Allodiis cum suis pertinentiis & specialiter & nominatim in Villis Episcopi videlicet, Krintsch, Schwantul, Bischoffsdorff: Turow: Radoscowitz: sive Biscopitz & Jelim & in Villis Capituli videlicet Repplin & Czuchalitz & in Villa præpositi Oltaczini & in Villa Decani Mochbor, Ecclesie antedictæ meram, plenam & omnimodam in his scriptis liberaliter divine Remunerationis ob respectum donamus, largimur & concedimus libertatem, nihil omnino nobis nrisque heredibus & successoribus nris Jurisdictionis census & servitutis deinceps reservantes: preterea de Pietate Regia gratiosè favemus & concedimus Dno Epco Caplo & Clericalibus Personis Wratizlav. Ecclesie predictis & successoribus qui pro tempore fuerint eorundem, quod sua Allodia in Terris nris sita pro parte vel in toto in Villas Theutonicali Jure locare & exponere possint & valeant, prout ipsis vel eorum alicui expedire videbitur, pro suolibito Voluntatis: ita tamen quod sive Ville ex Allodiis aut Allodia ex Villis facte seu facta fuerint, plenissima & omnimoda, ut premittitur, perpetuo gaudeant libertate: Insuper Epco & Capitulo memoratis promittimus bona fide quod nos & Primogenitus noster KAROLUS Marchio Moravie nrique successores & heredes Epum & Capitulum & Clerum Wratizlav. Ecclesie prefate, Laicos quoque subditos quoscunque in nostro Dominio constitutos & in bonis Possessionibus predictæ Wratizlav. Eccl. commorantes nullo unquam Tempore quomodolibet aggravabimus petitionibus pecuniarum, animalium, annonarum, servitutum, vecturarum, solutionibus, Talliis, exactionibus, Collectis, Angariis, Perangariis, quocunque nomine censeantur, aut descensibus vel stationibus ad Villas & Allodia Epi Capli & Ecclesie predictorum, sed ipsos & possessiones ipsorum in plenissimis libertatibus conservabimus, tuebimur ac pro Viribus defendemus. In quorum omnium Testimonium Sigillum nrum Regium presentibus duximus appendendum: Actum & datum Wratizl. in Curia nra Id. Augusti Anno Domini M. CCC. XLVo.

in Villis Ejus  
quas recensuit  
meram plenam  
& omnimodam con-  
cedit libertatem:

Wratizl. 1345.  
Id. Aug.

Item Tenor quarti Privilegii sequitur in hec Verba:

XV. In Nomine SANCTE ET INDIVIDUE TRINITATIS feliciter: Amen. 4) CAROLUS IV. ROM. IMP. REX BOHEMIE: ad perpetuam rei memoriam: Summe Benignitatis DEUS OMNIPOTENS ut virtutibus suis singulis sua premia ineffabili sua bonitate distribuit, & nullum bonum absque remunerationis gracia consuevit dimittere, illas tamen Virtutes que Cultui divino deserviunt, tanto amplioris Premii grata devotione preponit, quanto spiritualia justo rationis Judicio temporalibus preferuntur. Sane attendentes venerabilis Preczlai VVratizlav. Ecclesie Epi: Principis & Cancellarii nri, nec non Canonicorum & Capituli dictæ Ecclesie devotorum nrorum eximie devotionis obsequia, quibus ipsi Majestatem nram & clare memorie illustrem Joannem quondam Bohemie Regem, Genitorem nrum charissimum dignis studuerunt affectibus venerari, animo deliberato non per Errorem aut improvide, sed sano Principum, Baronum, & Procerum nrorum accedente Consilio ad honorem SALVATORIS NRI nec non B. B. JOHANNIS BAPTISTE & JOHANNIS EVANGELISTE Patronorum dictæ VVratizlav. Ecclesie, quos singulari devotionis obsequio veneramur; prefatis Epco, Capitulo & Clero VVratizlav. Ecclesie omnia & singula Privilegia, gratias, libertates ac indulgentias a nra Majestate nec non clare memorie: Illustri Johanne quondam Bohemie Rege: Genitore nro charissimo, seu per quoscunque Duces Zlezic & Dnos VVratizl. Comites, Barones, Predecessores nros ibidem ipsis & Ecclesie predictæ concessas & datas, seu concessa & data, gratas & ratas seu grata & rata habentes, eas & ea cujuscunque Continentie & Tenoris existunt, ad instar prefati Genitoris nri, qui etiam id ipsum fecisse dinoscitur, innovamus, approbamus, & Autoritate Regia Bohemie & de certa nra sciencia presentibus confirmamus, & de speciali Regie Benignitatis Gratia eisdem Epco & Capitulo & de Clero VVratizlav. Eccl. & singula-

ob singularem  
in ECCLESIAM WRA-  
TIZLAVI-  
ENSEM

Affectum  
Omnia EJUS  
Jura:

Dominia:



Census:

& libertates  
confirmat:Testibus  
DUCIBUS  
SILESIAE:Wratizl. 1358.  
Id. Dec.5) CARO-  
LUS IV.Rom IMP-  
BOH. REX:ECCLE-  
SIAM WRA-  
TISLAVI-  
ENSEMpulcherrimis  
Immunitati-  
bus fulgentis-  
simam contra

gularibus Personis ipsius nec non dignitatibus & personalibus eisdem in Villis Epi videlicet: Krintsch: Schwantul: Bischoffdorff: Turow: Radoscowitz: five Biscowitz: Schidlacowitz: & Jelin ac etiam Vassallorum suorum Villis videlicet Ozewitz: Jeshkittel & Pilicz: & in Villis Capituli & Repplin & Czuchalitz: Melowitz: Operow: Striganowitz: Proczan & Villa prepositi Oltaczin & Villa Decani Mochlor & in omnibus bonis eorum Villis & Allodiis cum pertinentiis suis meram, plenam & omnimodam in his scriptis liberaliter divine remunerationis ob respectum de novo damus, largimus & concedimus libertatem, nihil omnino nobis nostrisque heredibus & successoribus Juris, Jurisdictionis, Census, aut Servitutis deinceps relevantes: preterea de Pictate Regia gratiose favemus & concedimus Dno Epco Capitulo & singularibus Personis Wratislav. Eccles. predictis & successoribus, qui pro tempore fuerint eorundem, quod sua Allodia in Terris nris sita pro parte vel in toto Villas Theutonicali Jure locare & exponere, & e converso Villas in Allodia redigere ac reducere possint & valeant, prout ipsis vel eorum alicui expedire videbitur pro sue libito Voluntatis: Ita tamen quod siue Ville ex Allodiis aut Allodia ex Villis facta seu facte fuerint, plenissima ac omnimoda ut premittitur gaudeant libertate: Insuper Epco & Caplo memoratis promittimus bona fide, quod Nos Nostrique Successores & Heredes Boemie Reges, Epum, Caplm & Clerum Wratislav. Ecclesie prefate, Laicos quoque subditos quoscunque in nro Dominio constitutos & in bonis possessionibus predictae Wratislav. Ecclesie commorantes, nullo unquam tempore quomodolibet aggravabimus petitionibus pecuniarum, Animalium, Annonarum, Servitutum, Vecturarum, Solutionibus, Taliis, Exactionibus, Collectis, Angariis, Perangariis, quocunque Nomine censeantur vel descensibus aut stationibus ad Villas & Allodia Epi Capli & Eccle predictorum, sed ipsos & possessiones ipsorum in plenissimis libertatibus conservabimus, tuebimur & pro omnibus defendemus. Nulli ergo Hominum liceat hanc nre Majestatis Paginam infringere vel ei quovis ausu temerario contraire, sub poena gravis Indignationis nre quam qui secus attentare presumpserit, se cognoscat graviter incurrisse. Signum serenissimi PRINCIPIS ET DMNI DMNI CAROLI QUARTI ROMANORUM IMPERATORIS INVICTISSIMI ET GLORIOSISSIMI BOEMIE REGIS. Testes hujus rei sunt venerabilis Ernestus S. Pragenf. Eccl. Archi-Epus: WENCEZLAUS ET LUDWICUS Duces Legionenses: & alii quam plures nri Principes nobiles & fideles Presencium sub imperialis Majestatis nre Sigilli Testimonio litterarum. Datum Wratizlavie anno Dmni M. CCC. LVIII. Indict. XI. Id. Decembr. Regnorum nrorum Anno XIII. Imperii vero IV.

Item Tenor quinti Privilegii talis est:

XVI. In Nomine SANCTE & INDIVIDUE TRINITATIS feliciter: Amen. CAROLUS QUARTUS DIVINA FAVENTE CLEMENCIA ROMANORUM IMPERATOR SEMPER AUGUSTUS ET BOHEMIE REX: ad perpetuam rei memoriam: Si ex innate nobis Regie benignitatis affectu universorum fidelium nrorum commodis & profectibus delectamur intendere, ipsisque tranquillitatis & quietis procurare solatia, ut grata prosperitate letentur sub grato Regimine Principis gratiosi, ad illorum profecto statum honorabilem & optate felicitatis augmentum nre Serenitatis affectio propensione Zelo diffunditur, qui probationibus fidei & devotionis insignis ad honorem clarissimorum Regum Regni & Corone BOHEMIE diligentis affectus studio ac prone fidelitatis obsequio claruerunt: sane attendentes constantis & preclare devotionis frequentiam nec non singularis Virtutis & Bonitatis indicia, quibus venerabilis Preczlaus Epus VVratislav. Pnceps Cancellarius & Consiliarius nec non Capitulum ejusdem Ecclesie devoti nri dilecti Majestatem nram & clare memorie illustrem Johannem quondam Bohemie Regem, Genitorem nrum clarissimum, Regnum & Coronam Bohemie sollicitis & operosis ingeniis grate devotionis affectu frequentius honorarunt & in futurum tanto diligentius & gratiose semper obsequio revereri studebunt, quanto amplioribus gratiarum beneficiis se conspexerint nre Majestatis gratia preveniri, animo deliberato non per Errorem, aut improvide sed sano Pncipum Baronum & Procerum nrorum accedente Consilio prefatis Epco Caploque VVratislav. Eccl. & ipsorum successoribus in perpetuum omnia Privilegia & Litteras, que & quas ipsi seu Predecessores eorum super quibuscunque Juribus, Gratiis, Communitatibus, Libertatibus & Indulgentiis a prefato Genitore nro Rege Bohemie seu quibuscunque Ducibus, Comitibus & Baronibus in Civitate & Dioce-

& Diœccesi VVratisl. & specialiter ab illustribus Principibus HENRICO I. HENRICO II. HENRICO III. HENRICO IV. HENRICO V. HENRICO VI. & ultimo: Ducibus Zlezie & Dnis VVratislav. & HENRICO; CONRADO atque BOLCONE olim Ducibus Glogovie pro se & Ecclesia VVratislav. predicta obtinuisse noscuntur, in omnibus suis Tenoribus, sententiis, punctis & clausulis de verbo ad verbum prout scripta seu scripte sunt, acsi Tenores omnium de verbo ad verbum presentibus inserti consisterent, etiamsi Jure vel Consuetudine de ipsis seu Tenore ipsorum deberet nobis presentibus de verbo ad verbum mentio fieri specialis, auctoritate Regia Bohemie ac de certa nra scientia approbamus, ratificamus, innovamus & confirmamus, ut perpetuis in antea Temporibus robur obtineant firmitatis, promittentes etiam pro Nobis Heredibus & Successoribus nris Regibus Bohemie animo sincero & bona fide prefatis Epco & Caplo VVratisl. Ecclesie nec non Successoribus eorum in perpetuum ipsos manutene-  
 re semper ac inviolabiliter & illibata servare privilegia, litteras, Jura, Gratias, li-  
 bertates, Immunitates, ac Indulgentias hujusmodi, Ipsumque Epum, Eccliam, Capitu-  
 lum & Clerum secularem predictos, contra quoscunque Reges, Duces, Comites, in suam RE-  
 Barones, Tyrannos, Spoliatores, Molestatores, Injuriatores, & Perturbatores eo-  
 rum, cujuscunque Conditionis aut status extiterint defendere, ac ipsos ac ipsorum bo-  
 na, Terras, statum & Jura defendere, & absque doli scrupulo conservare, postquam  
 perceperimus, eos aut ipsorum aliquos spoliari, molestari aut perturbari in Personis,  
 rebus vel Juribus ipsorum, vel ipsis injurias irrogari, ut postquam ipsi vel aliqui ipso-  
 rum nobis Spolia, Molestias, Injurias & Perturbationes ipsorum intimaverint, a No-  
 bis vel nris heredibus aut Successoribus Bohemiæ Regibus, Auxilium postulantes,  
 promittimus etiam Epco Ecclesie & Capitulo predictis pro Nobis, Heredibus  
 & Successoribus nris Bohemie Regibus bona fide, quod Epum, Cplum Eccliam  
 & Clerum secularem Civitatis & Diœccesis Wratizlav. nec non quoscunque Laicos  
 eorum subditos in bonis Ecclesie consistentes nullo unquam Tempore aggravabimus, ex-  
 actionibus, Talliis, solutionibus, Collectis, petitionibus pecuniarum, animalium annona-  
 rum, servitutum, vecturarum & aliarum angariarum, seu per angariarum quocunque cen-  
 seantur nomine, aut descensibus vel stationibus ad Villas & Allodia Epi, Capli, Cleri & Ec-  
 clesie predictorum sed juxta Privilegiorum suorum Tenores ipsis Auctoritate Regia Bo-  
 hemie, meram, plenam & omnimodam concedimus libertatem: Nulli ergo hominum  
 liceat, hanc nre Approbationis, Ratificationis, Innovationis, Confirmationis, Promissio-  
 nis & Libertationis paginam infringere, seu ei quovis ausu temerario contraire. Signum  
 ferenissimi Principis & DMNI DMNI CAROLI QUARTI: ROMANOR. IMP  
 INVICTISSIMI & GLORIOSISSIMI BOHEMIE REGIS: Testes hujus Rei  
 sunt: Venerabiles Arnestus S. Pragensis Eccle, Archi-Epus: Johannes Olmucensis:  
 Albertus Swerinenfis & Theodericus Mindensis Eccliarum Eppli: Illustres: VVilhelmus:  
 Marchio Misnenfis: Bolco: Swidnicensis: Conradus: Olesnensis: VVenceslaus & Lud-  
 wicus: Legnicenses: Przemislaus Teschinensis: Bolco Oppoliensis & Bolco Falcober-  
 genfis: Duces: Spectabiles Burchardus & Joannes: Burggravii Magdeburgenses: ac  
 Nobiles: Sbinco de Hazmburg: supremus Magister Camere nre Jodocus & Johan-  
 nes: Fratres de Rossemberg: Sdenco de Sternberg: Judex Regalis Curie nre per Boëmi-  
 am: & alii quam plures Principes, nobiles ac fideles: presencium sub Sigilli nre Imperia-  
 lis Majestatis Testimonio Litterarum: Datum VVratizlavie anno Dmni M. CCC. LVIII.  
 Indiēt. XI. Id Decembr. Regnorum nrorum anno XIII. Imperii vero IVO.

Item Tenor sexti Privilegii sequitur & est talis:

XVII. In Nomine Sancte & Individue Trinitatis feliciter: Amen. CAROLUS  
 QUARTUS DIVINA FAVENTE CLEMENTIA ROMANORUM IMPERATOR  
 SEMPER AUGUSTUS ET BOHEMIE REX: ad perpetuam rei memoriam notum  
 facimus tenore presentium universis, quod cum bone recordationis illustris Bolezlaus  
 quondam Dux Zlezie & Dnus Bregenfis dum viveret oppidum Grotkaw cum Terra, di-  
 strictu, munitionibus, & omnibus & singulis grenitiis, metis, circumferentiis, Juribus  
 & pertinentiis suis, ad quas & que a clare memorie illustri Johanne quondam Bohemie  
 Rege Genitore nro charissimo tenebat in feodum, animo deliberato, sano etiam fidelium  
 suorum accedente Consilio venerabili Prezlaio Wratizlav. Eccl. Epco Pncipi & Cancel-  
 lario nro: nec non Capitulo ejusdem Eccle devotis nris rite vendiderit & ipse & Wratiz-  
 lav. Eccla predicta in possessione dicti oppidi & pertinentiarum ipsius fuerunt multo jam  
 Tem-

quoscunque  
 Hostium In-  
 fulsus  
 in suam RE-  
 GNIQUE  
 BOHEMIE  
 Protectionem  
 recipit:

Testibus:  
 1) Episcopis:  
 2) Ducibus:

3) Burggra-  
 viis &  
 4) Equitibus:

Wratizl. 1358.  
 Id. Dec.

VI.) CARO-  
 LUS IV.  
 ROM. IMP.  
 & BOH.  
 REX:  
 Terram Grot-  
 koviensem.

ab Episcopo  
 & Capitulo  
 Wratizlavi-  
 ensi emtam



feudi Titulo  
Iplis conce-  
dit:

Injunge ns  
ad Coronatio-  
nem REGIS  
BOHE-  
MIAE:  
EPISCOPUS  
tanquam  
Princeps Lig-  
gius: Capitu-  
lum vero tan-  
quam Vafalli  
accedant:

Terra vero  
Grotcovien-  
fis ab Ecclesia  
nullo un-  
quam modo  
divellatur:

Tempore retroacto, ac idem oppidum & ejus pertinentias a prefato Genitore nro tanquam Rege Bohemie & superiore feudi Domino in feodum & iusto ac legitimo feodi Titulo Jure & more ac conditione feodi acceperint, sibi que tanquam Regi Bohemie prestiterint Homagii, Obedientiam & Fidelitatis debitum Juramentum: Et demum nris Temporibus post felicem Coronationem nram ad Regem Bohemie prefati Eps & Caplm Wratizlav. Eccle animo deliberato, non per Errorem aut improvide, sed omnium communi accedente Voto pariter & consensu ipsis ob hoc pluries in Capitulum personaliter convocatis, prefatum oppidum Grotkaw cum terra, districtu, munitionibus & omnibus & singulis Juribus & pertinentiis suis suo & Eccle Wratizlav. nomine a Nobis tanquam ipsorum Patrono & Dno, nec non Rege Bohemie, & ejusdem Regni & Corone herede legitimo & predicti feodi Dno, in feodum ac veri & iusti feodi Titulo susceperunt, nobisque & Corone Regni Bohemie prestiterunt prout veri Vafalli, vero, ordinario, legitimo & iusto feodi Dno Jure tenentur, obedientie subjectionis, homagii & fidelitatis debitum & solitum Juramentum: ac etiam promiserunt Virtute ac Vigore ejusdem Juramenti per eos solemniter & legitime prestiti pro se, successoribus suis & Eccle VVratizlav. in perpetuum Nobis tanquam Bohemie Regi, Heredibus & Successoribus nris Boemie Regibus & ejusdem Regni Corone, tanquam veris, ordinariis, naturalibus, hereditariis & legitimis Dnis suis occasione dictorum oppidi, Terre, districtus & Dominii Grotcovienfis & pertinentiarum ipsius, tanquam veri & legitimi Vafalli parere, obedire & intendere, in omnibus, & simpliciter, ad que Vafalli Dnis suis hereditariis superioribus & legitimis obligari noscuntur de consuetudine vel de Jure: ac etiam promiserunt Virtute & Vigore Juramenti prefati, pro se & successoribus suis, Nobis & Regibus Bohemie qui pro tempore fuerint, Dnis & Patronis eorum, quod quotiescunque Regem Bohemie Dnum & Patronum ipsorum mori continger, quod tunc Epus Wratizlav. qui pro tempore fuerit, una cum melioribus Prelatis Eccle nomine & vice sui & Capituli ad Coronationem futuri Regis debebunt accedere & ibidem coronato Rege statim ab ipso oppidum prefatum, Terras, Districtum & pertinentias in feodum suscipere & Tempore susceptionis hujusmodi innovare Juramentum expressatum superius: ac ipse Epus qui pro Tempore fuerit velut alii Principes, Liggi, Capitulum vero velut Vafalli Regni & Corone Bohemie omnia facient, que juxta Privilegia & Consuetudines Regni & Corone Bohemie facere tenebuntur, Berna, Taliis, seu exactionibus, ac ceteris gravaminibus exceptis, ad quas & que ipsos recognoscimus non teneri, quodque premissa faciant, toties, quoties Casus mutabilitate poscente in morte Regis Bohemie seu VVratizl. Epi fuerit opportunum: Quapropter considerata fide, promptitudine ac sincere devotionis affectu, quibus antedictus Epus & Caplm VVratizlav. Eccle devoti nri dilecti Nos Regnum & Coronam Bohemie devota & fideli mente notarunt, debitum suum in premissis tam in Temporibus prefati Genitoris nri prompte devotionis studio fideliter exequentes, animo deliberato non per Errorem, aut improvide, sed sano Principum, Baronum, & Procerum nrorum accedente Consilio, auctoritate Regia Bohemie ac de certa nra scientia dictum Oppidum Grotkaw, cum Terra districtus, munitionibus, metis, grenitiis, dominiis, & omnibus pertinentiis suis, quibuscunque specialibus Vocabulis designari valeant, ipsi Epo Caplo & Wratizlav. Eccle in perpetuum incorporamus, invisceramus, & inseparabiliter perpetuis Temporibus communimus: Decernentes & hoc regio BOHEMIE perpetuo statuentes Edicto, quod non liceat Epo vel Caplo VVratizl. predictis seu successoribus eorum, qui pro Tempore fuerint, prefatum Oppidum Grotkaw & ad pertinentias Ejus predictas in toto seu in Parte, quavis etiam Causa, pretextu, seu occasione quesitis vendere, permutare, donare, seu quovis alio Titulo alienare: Nam si adversus persentis nri Statuti Decreti & Prohibitionis Seriem quidquam attentare contigerit, hoc ipso facto Auctoritate regia prefata ex nunc prout ex tunc decernimus irritum & inane: Promittentes nihilominus pro Nobis, tanquam pro Rege BOHEMIE: Heredibus & Successoribus nris Regibus Bohemie & Ejusdem Regni Corona in perpetuum prefatis Epo Capitulo VVratizl. Eccle. & Successoribus eorum, quod eos & Ecclesiam predictam contra omnes & singulos Reges, Duces, Invasores, Oppressores & Molestatores eorum, nec non bonorum VVratizl. Eccle, tanquam Dnus & Patronus eorum tuebimur & pro Viribus defendemus: Nulli ergo Hominum liceat hanc nre infeodationis, Incorporationis, Inviscerationis, Unionis, Decreti, In-

hibi-



hibitionis & Promissionis Paginam infringere, seu ei Ausu temerario contraire: Signum Serenissimi Principis & Dni Dni CAROLI QUARTI Romanorum Imper. Invictissimi & Gloriosissimi BOHEMIE REGIS. Testes hujus Rei sunt Venerabiles Arnestus S. Pragens. Eccle. Archi-Epus: Johannes Olomucensis: Albertus Swerinen-  
 sis, & Theodericus Mindensis, Eccle. Eppi: Illustres Wilhelmus: Marchio Misnen-  
 sis: Bolco Svvidnicensis: Conradus Olsnicensis: Venceslaus & Ludovicus: Ligni-  
 censes: Przemislaus Teschinentis: Bolko Oppolienis & Bolko Falcobergensis: Du-  
 ces: Spectabiles Burckardus & Johannes Burggravii Magdeburgenses: Comites ac  
 Nobiles Sbinco de Hazmburg: Supremus Magister Camere nre: Jodocus & Johan-  
 nes Fratres de Rosemberg: & Sdenco de Sternberg: Judex Regalis Curie per Bohe-  
 miam & alii quam plures nri Principes Nobiles & Fideles. Presentium sub nre Im-  
 perialis Majestatis Sigilli Testimonio Litterarum: Datum VVratizlav. Anno DMNI  
 M. CCC. LV. III. Indict. XI. Id. Decembr. Regnorum nrorum Anno XIII. Imperii  
 vero IV.

Præsentibus  
 1) Episcopis:  
 2) Ducibus:  
 3) Comitibus  
 & 4) Nobili-  
 bus.

Wratizl. 1358.  
 Id. Dec.

Verum cum ex premissis seu insertis Privilegiis evidenter appareat Benivolentia, Favor, sinceritas & affectus quibus dicti Dive Memorie quondam CAROLUS Pater & JOHANNES avus nri charissimi fuerunt dum vixerunt, Ecclesiam, Epum, Caplum, Canonicos & Clerum Secularem VVratizlav. grato defensionis auxilio gratiosius prosecuti, ideoque Sanctas & Justas eorum Intentiones ac Vias rationabiliter prosequentes, Presertim ut presens Privilegium nrum in omnibus sententiis, Punctis & Clausulis suis perpetui Roboris inviolabiliter obtineat firmitatem, Promittimus animo deliberato & de certa nra Scientia pro Nobis Heredibus & Successoribus nris Bohemie Regibus sincera & bona fide Epum VVratizlav. qui pro Tempore fuerit, & sede vacante administratoribus nec non Caplo VVratizlav. Eccle. & eorum Successoribus in perpetuum ipsos manutenere semper & eis illibata servare Privilegia, Litteras, Concessionem, Jura, Jurisdictiones, Libertates, Dominia, Indulgentias, Gratias, Donationes & Immunitates hujusmodi ac nulla ratione permittere seu pati, ut contra premissa vel aliquid premissorum Molestiam, Interruptionem, Injuriam seu Dispendium ab aliquo cujuscunque Conditionis aut status exstiterint sustineant, vel quomodolibet patiantur: & insuper Ecclesiam, Epum, Administratores sede vacante, Caplum, Prelatos, Canonicos & omnem Clerum secularem predictos communiter & divisim, contra quoscunque Reges, Duces, Comites, Barones, Nobiles, Tyrannos, Spoliatores, Molestatores, Injuriatores & Perturbatores eorum cujuscunque Conditionis aut Status extiterint, tam extraneos quam proprios realiter defendere, ac ipsos & ipsorum bona, Terras & homines, Possessiones, Statum & Jura tueri & absque omni doli scrupulo effectualiter conservare: Postquam & statim ut eos aut ipsorum aliquos vel aliquem perceperimus molestari, spoliari aut perturbari, in Personis, Rebus vel Juribus ipsorum vel ipsis injurias irrogari, aut postquam ipsi, aliquis vel aliqui ipsorum nobis spolia, molestias, injurias, aut Perturbationes ipsorum intimaverint, a nobis vel nris Heredibus ac Successoribus Bohemie Regibus defensionem & Auxilium postulantibus: Promittimus etiam Epum Eccle. & Administratoribus sede vacante ac Prelatis ac Canonicis & Caplo Wratizl. & Successoribus eorum perpetuo pro Nobis Heredibus & Successoribus nris Regibus Bohemie in perpetuum bona fide, quod Epum, Ecclesiam, Administratores, Caplum, Prelatos, Canonicos & Clerum secularem Civitatis ac Diocesis Wratizlav. nec non quoscunque subditos aut incolas eorum Laicos in Terris, Villis, Prediis, Possessionibus aut bonis Eccle. consistentes, nullo unquam Tempore aggravabimus, Exactionibus, Talliis, solutionibus, Collectis, Petitionibus, Pecuniarum, Animalium, Annonarum, Servitutum, Vecturarum, vel aliarum Angariarum seu perangariarum aut quorumcunque onerum impetitionibus, quocunque censeantur nomine, aut descensibus vel Stationibus ad Villas, Predia, Allodia, Curtes, five Curias, Epi, Capli, Cleri & Eccle. predictorum, sed ipsos communiter & divisim Terras, Homines & Possessiones eorum non solum in pleniss. Libertatibus conservabimus, tuebimur & pro Viribus defendemus, sed & ipsis juxta Litterarum & Privilegiorum suorum presentium & aliorum Tenores, quas & quæ obtinent, plenam, meram & omnimodam Regia auctoritate Bohemie ex certa scientia decernimus & de novo concedimus libertatem: Supplentes de Regie Majestatis plenitudine & ex certa Scientia omnem defectum, si quis ratione debite solemnitatis ob-

Pragæ 1382.  
Non. Maji.

obmisſe, dubie Interpretationis Verborum vel Sententiarum obſcuritate ſeu alias quomolibet reperiretur in premiſſis vel aliquo premiſſorum; Nulli ergo omnino Hominum liceat hanc re Approbationis, Ratificationis, Innovationis, Confirmationis, Promiſſionis, Conceſſionis, Libertationis, & gratie paginam infringere, ſeu Ei quovis auſu contraire: Preſentium ſub Regie Nre Maieſtatis Sigilli Teſtimonio Litterarum: Datum Prage Anno Dmni M. CCC. LXXXIIo. Indiſt. V. Non. Maji: Regnorum nrorum BOHEMIE Anno XIX. Romanorum vero VI.

\*  
XVIII. Bulla JOHANNIS XXIII. P. R. pro Episcopatu  
Wratislaviensi.  
\*

Johannes  
XXIII. P. M.

Vestiſſiis  
Honorii III.  
p. m. &  
FRIDRICI  
II. ROM.  
IMP.

inſiſtens pro  
Libertate Ec-  
cleſiarum  
contra Inva-  
ſores quos-  
cunque

Fulmine Ex-  
communica-  
tionis mina-  
tur:

Johannes Epus Servus Servorum DEI, Venerabilibus Fratribus Olomucenſi: & Luthomiſlenſi ac Miſnenſi Eppis ſalutem & aplicam benedictionem: Juſtis & honeſtis ſupplicantium votis libenter annuimus, illaque favoribus proſequimur opportunis: Dum ſiquidem felicis Recordacionis HONORIUS Papa III. Predeceſſor nr attende conſiderans quod clare Memorie FRIDRICUS II. ROM. IMP. SEMPER AUGUSTUS ad Laudem Romane Eccle & Sacri Decus Imperii cupiens ut expurgatis quorundam Erroribus & iniquis Statutis penitus deſtitutis de cætero Eccle & Eccleſiæ Perſone plena Quiete & ſecura Libertate gaudeant, ac pie & juſte attendens, quod quorundam perverſorum Iniquitates adeo abundaverant, ut non dubitarent contra Eccleſiæ Diſciplinam & ſacros Canones ſtatuta ſua conſringere, adverſus Eccleſiæ Perſonas & Eccleſiæ Libertatem ediſto tali hujusmodi ſtatuta iniqua irritaverat, & preceperat irrita nuntiari & omnia ſtatuta & conſuetudines, que Civitates & Loca, Potēſtates vel Conſules aut quecunque alie Perſone contra Libertatem Eccle vel Perſonas Eccleſiæ edere vel ſervare tentarent, contra Canonicos vel Imperiales Sanſtiones de ipſorum Capitularibus intra duos Menſes poſt ipſius Legis Publicationem penitus aboleri facerent, & ſi de cætero ſimilia attentarent, ipſo Jure decreverat eſſe nulla & eos ſola Jurisdictione privatos nec non Locum deinceps talia preſumpta fuiſſent Banno Mille Marcarum auri preceperat ſubjacere. Potēſtates vero, Conſules, Statutarii & Scriptores ſtatutorum predictorum, nec non Conſiliarii Locorum ipſorum & qui ſecundum ſtatuta & Conſuetudines memorata indicarent, ex tunc eſſent ipſo jure infames, quorum ſententias & actus legitimos ſtatuerat aliquatenus non teneri, quodque ſi per annum preſate Conſtitutionis inventi fuiſſent contemptores, bona eorum per totum Imperium ſuum mandavit impune ab omnibus occupari: ſalvis nihilominus aliis Pœnis contra tales in Concilio generali promulgatis, & inſuper voluerat idem IMPERATOR quod nulla Communitas vel Perſona publica ſeu privata Collectas ſive Exactiones, Angarias vel Perangarias, Eccleſiis vel aliis piis locis aut Eccleſiaſticis Perſonis imponerent, aut invadere Eccleſiaſtica bona preſumerent, quod ſi ſecus fecerint, & requiſiti ab Eccla vel Imperio emendare contemnerent, Triplum refunderent, & nihilominus Banno Imperiali ſubjacerent, quod abſque ſatisfactione debita nullatenus remitteretur: Statuerat inſuper, quod quecunque Communitas vel Perſona per Annum in Excommunicatione propter Libertatem Eccle violatam perſiſterent, ipſo Jure Imperiali Banno ſubjacerent, a quo nullatenus extraherentur, niſi prius ab Eccla Beneficio abſolutionis obtento: Et inſuper ordinaverat, quod nullus Eccleſiæ Perſonam in criminali quæſtione vel civili trahere ad Judicium ſeculare preſumeret contra Canonicas Sanſtiones, & Conſtitutiones Imperiales, quod ſi ſecus faceret, Actor a Jure ſuo caderet, judicatum non teneret, & Judex foret ex tunc judicandi auctoritate privatus, quodque Judices temporales qui Clericis & Eccleſiaſticis Perſonis Juſticiam denegare preſumerent, tertio requiſiti ſuam Jurisdictionem amitterent, in diſta Imperiali Conſtitutione plenius continetur: Diſtus inquam Predeceſſor Inſtitutionem ipſam de Conſilio etiam Fratrum ſuorum ſanſte Romane Eccle Cardinalium Aplica Auctoritate approbans & confirmans, ipſam mandavit immutabiliter obſervari, nec non Statutarios, Scriptores & Violatores predictos excommunicatos Auctoritate Aplica predicta publice nunciari: Et inde ad audientiam Dive Memorie CAROLI QUARTI etiam ROM. IMP. SEMPER AUGUSTI deducto, quod nonnulli ſeculares in Potēſtatibus & Officiis publicis conſtituti, videlicet, Duces, Comites, Barones & alii Domini temporales, nec non Conſules Civitatum, Oppidorum, Villarum & Locorum Rectores in nonnullis

lis Provinciis constituti DEI timore postposito, statuta singularia & iniquas ordinationes motu proprio & de facto, contra Personas Ecclesiasticas, Ecclesiarum Libertates & eorum Privilegia condiderant, eisque de facto & publice insistere presumpserant contra Canonicas & legitimas sanctiones, utpote quod nulla bona corporalia in Potestatem Ecclesiasticam transferrentur, neve Clerici in sacris constituti ad agendum & testificandum in Civilibus & maxime in piis Causis aliquatenus admitterentur, quodque excommunicati Laici & publice denunciati in Civili foro a numine appellerentur: Et insuper cum predicti Domini Temporales, Consules & Rectores per secularem Potestatem Res & bona Clericorum occuparent, & arrestarent, ac Oblationis CHRISTI fidelium diminuerent & restringerent, Exactiones & Tallias indebitas & in bonis & redditibus Ecclesiarum exigere & extorquerent Possessiones Ecclesiarum & Personarum earundem devastaverit Incendiis & Rapinis, Contractus inter Clericos & Laicos factos legitime ad Libros Civitatum, Villarum & Locorum predictorum inscribere & sigillare recusarent, donata & legata ad Fabricas & Ecclesiarum structuras contra Prelatorum Voluntatem & aliorum, quorum intererat contra Justiciam usurpare presumerent & in fraudem & in odium Clericorum de bonis etiam & Rebus Clericorum, que non ausu negotiationis, sed pro eorum Usibus propriis per eorum Terras ducebant, seu duci faciebant, Theolonium exigere & recipere non verebantur, & confugientes ad Ecclesias & eorum Coemiteria inde extrahere contra sanctiones Imperiales presumebant, idem CAROLUS IMPERATOR TANQUAM CHRISTIANISSIMUS PRINCEPS volens in premissis providere remedio salutari etiam de Principum, Ducum, Comitum & Baronum fideliumque aliorumque sacri Imperii Consilio & Auctoritate Imperiali quecunque statuta & Consuetudines predictas tanquam per Canonicas & Curiales sanctiones expresse reprobari cassavit, irritavit & annullavit, ac cassa & irrita nulliusque esse roboris penitus voluit vel momenti: Precipiens sub indignatione Imperialis Banni universis & singulis Principibus & Temporalibus Dominis, Consulibus, Potestatibus & aliis in officiis publicis constitutis, quatenus ex tunc ipsorum statuta & ordinationes, sicut in prejudicium Ecclesiastice libertatis edita fuerant, omnino revocarent, & de luce tollerent, quoque secundum ea non judicarent amplius nec sententias dicerent, aut eisdem in Judicio vel extra Judicium quomodolibet pro se & contra Ecclesiasticam Libertatem potirentur, pronunciavit insuper eadem Imperiali Auctoritate quod quicumque Laicus cujuscunque status vel Conditionis existeret ausu sacrilego & proprie temeritatis audacia sacerdotem vel Clerum secularem vel religiosum diffidaret, proscriberet, diffamaret, captivaret, spoliaret, occideret, mutilaret aut in Carcere detineret, ac hujusmodi maleficia perpetrantes scienter receptaret, vel favorem eis prestaret, preter penas & sacris Canonibus & legalibus sanctionibus eis inflictas eo ipso redderetur infamis, & omni Honore privatus, nec ad placita vel Consilia Nobilium admitteretur quovis modo: Hortans igitur & requirens in Domino Prelatos in illis partibus constitutos, ut Legem Imperialem hujusmodi per ipsum Ecclesiam & Synodos publicarent, ne Transgressores hujusmodi per simulatam Ignorantiam suas valerent malitias excusare, prout in Edictali lege predicta plenius continetur: Cum autem simul exhibita nobis pro parte Venerabilis Fratris nri Epi Vratizlav. & dilectorum Filiorum Cleri Civitatis & Dioecesis Vratizlav. petitio continebat, adeo perversorum quorundam Laicorum in Civitate & Dioecesi Vratizlav. & aliis locis circumvicinis habitantium malicia inoleverit, quod hujusmodi Imperiales Constitutiones transgredi non vererentur, & Ecclesiasticas Libertates violare presumerent, pro parte eorundem Epi & Cleri nobis fuit humiliter supplicatum, ut providere eis super premissis de opportuno remedio dignaremur, Nos igitur Vestigiis dicti Predecessoris nri insistentes, hujusmodi supplicationibus inclinati Fraternitati nre per aplica scripta mandamus, quatenus vos vel duo aut unus vrum per vos vel alium seu alios constitutiones predictas in prefatis Civitate & Dioecesi Vratizlav. ac aliis locis circumvicinis auctoritate nra faciatis inviolabiliter observari: Nec non Statutarios, Scriptores & Violatores predictos excommunicatos publice nunciari, & ab omnibus aliis arctius evitari Auctoritate Aplica faciatis Transgressores & Violatores & Contemptores ac Sacrilegos predictos nec non Contradictores quoslibet & rebelles per censuram Ecclesiasticam appellatione postposita compescendo, invocato ad hoc etiam si opus fuerit auxilio brachii secularis: Non obstante si aliquibus

adjutus  
CAROLI  
IV ROM.  
IMP. auctori-  
tate:

& ECCLE.  
SIAM WRA-  
TISLAVI-  
ENSEM in  
suam

Protectionem  
recipit:



Roma:  
Pontif. anno  
III.

communiter vel divisim a sede Aplica sit indultum, quod interdici, suspendi vel excommunicari non possint per Litteras Aplicas non facientes plenam & expressam ac de Verbo ad Verbum de Indulto hujusmodi Mentionem: Datum Rome apud S. PETRUM XIII. Kal. Martij. Pontificatus nri Anno IIIo.

\*

## XIX. CONCILII BASILEENSIS LITTERAE PRO WRATIZLA VIENSI.

\*

Concilii  
Basileensis

Patres

Libertatem  
Ecclesiarum  
& Immunita-  
tes salvas esse  
cupientes:

sub Anathe-  
matis Distri-  
ctione

olim jam a  
PP. MM.  
lata

Sacrosancta Generalis Synodus Basileensis in SPIRITU SANCTO legitime congregata, Vniversalem Ecclesiam representans Venerabilibus Plocensi: Olomucensi & Misnensi Eppis ac dilectis Eccle Filiis Scotorum in Vienna, Patavien. & Olomucens. Dioecesi. Monasteriorum Abbatibus & Decano Olomucen. salutem & OMNIPOTENTIS DEI Benedictionem: Ad compescendos Conatus nefarios perversorum qui Personas & Loca Ecclesiastica super Bonis & Juribus suis offendere ac multipliciter perturbare Molestiis non verentur tanto magis per Sacrum decet Generale Concilium opportuno Remedio provideri, quanto per amplius Turbationes hujusmodi & Molestias DIVINE MAIESTATIS offensam nec non Ecclesiastice Libertatis redundare dinoscuntur: Dudum siquidem cum in diversis Mundi Partibus Consules Civitatum & Rectores nec non alii qui Potestatem habere videbantur, tot Onera frequenter imponerent Ecclesiis, ut deterioris Conditionis factum sub eis Sacerdotium videretur quam sub Pharaone fuisset, qui Legis Divine Notitiam non habebat, quique omnibus aliis Servituti subactis Sacerdotes & Possessiones eorum in pristina Libertate dimisit, & de publico eis Alimoniam ministravit, in Concilio Lateranensi Eccle Immunitati providendo sub Anathematis distractione prohibitum extitit, ne Consules, Rectores aut alii predicti Eccles & Viros Ecclesiasticos Talliis seu Collectis aut Exactionibus aliis aggravare presumerent, Transgressores & Fautores eorum precipiendo Anathematis Sententie subicere, donec satisfactionem impenderent competentem & etiam deinde in generali Concilio edictum fuit, quod si Epi forte simul cum Clericis etiam si tantum Necessitatem vel Utilitatem inspicerent, ut absque ulla Coactione ad revelandas communes Necessitates vel Utilitates ubi Laicorum non suppetere facultates subsidia per Eccles Laicis ducerent concedenda, minime super hoc Consulto Romano Pontifice Concessionem & Sententie que a talibus vel de ipsorum mandato forent promulgate, essent irritae & inanes, nullo unquam Tempore valituae, ac etiam ipso generali Concilio decretum extitit, illum qui infra Tempus sui Regiminis propter Pactionem Constitutionum vel Sanctionum hujusmodi sustineret Anathema tanquam post illud non esset ad Satisfactionis debitum compellendus nec non ipsius Successorem qui non satisfaceret infra Mensē manere Ecclesiastica Censura conclusum, donec satisfaceret competenter cum succederet in onere qui substitueretur in Honore: Postmodum vero felicitis Recordationis Honorius Papa III. attente considerans quod quondam Fridericus II. olim Rom. Imp. tunc sub Obedientia & Devotione S. Romane Eccle persistens, ad laudem ejusdem Eccle & sacri Decus Romani Imperii cupiens, ut expurgatis quorundam Erroribus & insuper statutis penitus destitutis de cetero Eccle & Ecclesiastice Personae plena vigerent quiete securaque Libertate gauderent ac pie & juste attendens quod quorundam perversorum Iniquitas adeo habenda ferat, ut non dubitarent contra Ecclesiasticam Disciplinam & sacros Canones, statuta sua fingere adversus Ecclesiasticas Personas & Ecclesiasticam Libertatem, edictali lege hujusmodi statuta iniqua irritaverat & preceperat irrita nuntiari, & omnia statuta & Consuetudines que Civitates & loca, Potestates vel Consules vel quecunque alie Personae contra Libertatem Eccle vel Personas Ecclesiasticas hujusmodi edere aut servare tentarent, contra Canonicas vel Imperiales Sanctiones de ipsorum Capitularibus infra duos Menses post ipsius Legis Publicationem penitus aboleri facerent, et si de cetero talia attentarent illa ipso Jure decrevit esse nulla, & eos sua Jurisdictione privatos nec non Locum ubi talia deinceps presumpta fuissent, Banno Mille Marcarum Auri Fisco Imperiali preceperat subjacere: Potestates vero & Consules, Statutarii & Scriptores Statutorum predictorum, nec non Consilarii Locorum ipsorum qui secundum statuta & Consuetudines

memo-

memorata indicarent, ex tunc essent ipso Jure infames, quorum Sententias & Actus legitimos statuerat aliquo modo non teneri, quodque si per annum prefatarum Constitutionum inventi forent Contemptores, bona eorum per totum suum Imperium mandavit ab omnibus occupari, salvo nihilominus aliis poenis contra tales in eisdem generalibus Consiliis promulgatis: Et insuper voluit idem tunc Imperator, quod nulla Communitas vel persona publica seu privata Collectas, Exactiones, Angarias vel Perangarias Ecclesiis vel aliis piis locis aut Ecclesiasticis Personis hujusmodi imponere seu invadere Ecclesiastica bona presumeret, qui si secus faceret & requisita ab Eccla vel Imperio hujusmodi emendare contemneret, tripliciter refunderet, & nihilominus Banno Imperiali subjaceret, quod sine satisfactione debita nullatenus remitteretur: Statuerat insuper quod quaecunque Communitas vel Persona per annum in Excommunicatione propter Libertatem Ecclae violatam persisteret, ipso Jure similiter Banno Imperiali subjaceret & a quo nullatenus extraheretur, nisi prius ab Eccla Beneficio Absolutionis obtento: Et insuper ordinavit, quod nullus Ecclesiasticam Personam in criminali Questione vel Civili ad Judicium seculare trahere presumeret, contra easdem Canonicas Sanctiones & Constitutiones Imperiales, quod si secus faceret, Actor a suo Jure caderet, & Judicatum non teneret, & Judex foret ex tunc judicandi Auctoritate privatus, quodque Judices temporales qui Clericis & Personis Ecclesiasticis Justitiam denegare presumerent, tertio requisiti suam Jurisdictionem amitterent, Constitutionem ipsam de Consilio etiam Fratrum suorum S. Romane Ecclae Cardinalium qui tunc erant Auctoritate Aplica approbans & confirmans ipsam mandavit inviolabiliter observari, nec non Statutarios & Scriptores ac Violatores predictos excommunicatos eadem Auctoritate nuntiari: Et deinde ad Audientiam Dive Memoriae CAROLI IV. etiam ROMANORUM IMPERATORIS SEMPER AUGUSTI deducto, quod nonnullae seculares persone in Potestatibus & Officiis publicis constitute videlicet Duces, Marchiones, Comites, Barones & alii Dni temporales nec non Consules Civitatum, Oppidorum, Villarum, Locorum, Rectores in diversis Provinciis ejusdem Imperii DEI timore postposito statuta singularia & iniquas ordinationes motu proprio & de facto contra ipsas Personas Ecclesiasticas & Ecclesiarum Libertates & eorum Privilegia condiderant, illisque de facto & publice utebantur contra Canonicas Sanctiones, utpote quod nulla bona Temporalia in Potestatem Ecclesiasticam transferentur, & ne Clerici in sacris Ordinibus constituti ad agendum & testificandum in Civitatibus & maxime in piis Causis aliquatenus admitterentur, quod excommunicati Laici & publice denunciati in Civili Foro minime repellerentur, & insuper predicti Dni temporales Consules & Rectores per secularem Potestatem Res & Bona Clericorum occuparent, arrestarent ac Oblationis CHRISTI fidelium minuerent atque restringerent, Exactiones & Tallias indebitas de Bonis & Reditibus Ecclesiarum & Personarum earundem devastarent Incendiis & Rapinis, Contractus inter Clericos & Laicos factos legitime ad Libros Civitatum, Villarum & Locorum predictorum inscribere & sigillare recusarent, donataque & Legata ad Fabricas & Ecclesiarum structuras contra Prelatorum Voluntatem & aliorum, quorum intererat temere usurpare presumerent, ac in Fraudem & Odium Clericorum, qui non Causa Negociacionum sed pro eorum propriis Usibus per eorum Terras ducebant seu duci faciebant, Theolonium exigere & recipere non verebantur, & confugientes ad Ecclas & eorum Cimiteria inde extrahere contra Canonicas & Imperiales Sanctiones hujusmodi presumpserant & presumebant, idem CAROLUS IV. IMP. tanquam CHRISTIANISSIMUS Princeps volens in premissis providere & de Remedio salutari etiam de quorundam Ducum, Principum, Comitum, Baronum & fidelium aliorum sacri Imperii sepe predicti Consilio & Auctoritate Imperiali, quaecunque statuta ac Consuetudines tam predicta quam per Canonicas & Civiles Sanctiones expresse reprobata cassavit, irritavit, & annullavit, ac cassa, irrita, nulliusque esse voluit Valoris vel momenti, percipiens sub Imperiali, Banni Poena, universis & singulis Principibus, temporalibus Dnis, Consulibus, Potestatibus & aliis in Officiis publicis in eodem Imperio constitutis, quatenus ex tunc ipsorum statuta & ordinationes sicut in Prejudicium Ecclesiasticae Libertatis edita fuerant, omnino revocarent, & de Luce tollerent, quodque secundum ea non judicarent amplius, nec Sententias dictarent, aut eisdem in Judicio vel extra Judicium quomodolibet pro se & contra eandem Ecclesiasticam Libertatem porren-



ECCLESIAM WRATISLAVIENSEM

Ejusdemque Bona, Jura, & Libertates

in Protectionem contra quosvis Invasores recipiunt:

rentur: Pronunciavit insuper & eadem decrevit auctoritate, quod quicumque Laicus, cujuscunque status aut Constitutionis existeret, ausu sacrilego & proprie Temeritatis audacia Sacerdotem vel Clerum vel Religiosum diffidaret, proscriberet, captivaret, detineret vel hujusmodi Maleficia perpetrantes scienter receptaret, vel eis Favorem prestaret, prae-ter Poenas a sacris Canonibus & Legalibus Sanctionibus in talibus inflictas, eo ipso redderetur infamis, & omni honore privatus, nec ad Placita vel Consilia Nobilium admitteretur quovis modo, hortans insuper & requirens Ecclesiasticos Prelatos in illis Partibus in quibus committerentur talia constitutos, ut Legem Imperialem hujusmodi per earum Ecclesias & Synodos publicarent, ne Transgressores hujusmodi per simulatam Ignorantiam suam valerent in hac parte malitiam excusare, prout in Constitutionibus & Sanctionibus Conciliorum & Honorii predictorum ac Imperialibus prefatis plenius continetur: Cum autem sicut lamentabili querela venerabilis Epi Wratislaviensis & dilectorum Ecclesie Filiorum prepositi, Decani, Capli, Canonici, singulorumque Ecclesiarum nec non aliarum Ecclesiasticarum, secularium & regularium, Civitatis & Dioecesis Wratislaviensis Personarum nuper accepimus, nonnulli Principes, Duces, Comites, Barones, Communitates & alii seculares Potestates, earundem Constitutionum & Sanctionum, Canoniarum & Legalium forsitan ignari, contra ipsas ab Epo, Preposito, Decano, Caplo & Canonicis ac Personis predictis communiter vel divisim, forsitan Tallias, & Gabellos & alias Exactiones illicitas hactenus extorserunt, & adhuc extorquere nituntur, ac etiam Bona, Epi, Ppositi, Decani, Canonici, Capli & Personarum predictarum invaluerint, arrestaverint, occupaverint, detinuerint & suis Usibus applicaverint, nec non occupare, invadere, arrestare, detinere & suis Usibus applicare de facto presumant, in animarum suarum Periculum nec non Epi, Prepositi, Decani, Canonici, Capli & Personarum predictarum non modicum Prejudicium atque Damnum, Nos ipsis Epo, Pposito, Decano, Canonicis & Caplo & Personis in premissis opportune providere volentes Discretionis usque per hec nra scripta in Virtute sancte Obedientie districte precupiando mandamus, quatenus vos vel duo vrum per vos vel alium seu alios Epo, Pposito, Decano, Canonicis & Caplo & Personis predictis contra quosunque Transgressores & Violatores, Constitutionum & Sanctionum earundem, cujuscunque gradus, dignitatis, & Excellentie fuerint, efficacis defensionis auxilio assistentes non permittatis eos contra Canonicas & Legales Sanctiones & Constitutiones hujusmodi indebite molestari, nec non easdem Constitutiones & Sanctiones, ubi & quando expedire videbitis solemniter publicari faciatis, & Transgressores & Violatores hujusmodi si & prout justum fuerit, ac ubi & quoriam expedierit tamdiu excommunicatos, exanathemizatos publice nunciari, donec ab earundem Talliarum, Collectarum, Impositionum & quorumlibet Extorsionum, nec non bonorum Epi, Ppositi, Decani, Capli Canonici & Personarum predictarum hujusmodi Invasione, Arrestatione, Occupatione, Detentione & applicatione omnino desistant, nec non etiam efficaciter restituant eisdem Epo, Pposito, Decano, Caplo, Canonicis & Personis Occasione premissorum per eos lesis & gravatis Tallias Gabellos, & Exactiones ipsas ac etiam Bona, Epi, Ppositi, Decani, Capli, Canonici & Personarum predictarum arrestata & occupata, detenta & applicata ipsis, aut qui per se vel alios illo pretextu quomodolibet receperunt, a se libere omnino relaxent & manibus nris juraverint, quod de cetero talia non committant, & ea committentibus non praestent Auxilium, Consilium vel Favorem, Contradictores per Censuram Ecclesiasticam & alia Juris opportuna Remedia compescendo, invocato ad hoc si Opus fuerit, etiam Auxilio Brachii secularis: Ceterum si forsitan hujusmodi Transgressorum aut Violatorum, vel ea fieri mandantium ipsisque consentientium seu danrium ipsis per se vel alios directe vel indirecte, publice vel occulte Auxilium, Consilium vel favorem presentia pro Monitionibus & Requisitionibus per vos de ipsis faciendis tute, secure vel commode habere requisiverit: Nos vobis Monitiones & Requisitiones hujusmodi ac Citationes quaslibet per predicta publica locis affigenda publicis de quibus sit vero similis conjectura, quod ad Noticiam citatorum & monitorum hujusmodi pervenire valeant, faciendi plenam & liberam tenore presentium concedimus Libertatem volentes quod Monitiones, Requisitiones & Citationes hujusmodi perinde ipsos citatos, requisitos & monitos, ut premittitur arceant, ac si eis facte & insinuate presencialiter & personaliter exstiterent: Non obstantibus tam pie Memoriae Boni-  
facii



facii Pape VIII. quibus cavetur, ne aliquis extra suam Civitatem vel Diœcesin nisi in certis excep-  
tis Casibus & in illis ultra unam Dietam a fine sue Diœcesis ad Judicium evocetur,  
seu ne Judices extra Civitatem vel Diœcesin in quibus deputati fuerint, contra quoscun-  
que procedere, aut alii vel aliis Vices suas committere, seu aliquos ultra unam Dietam a  
fine Diœcesis eorundem trahere presumant, dummodo ultra duas Dietas aliquis Aucto-  
ritate presentium non trahatur, ac de Personis ultra certum Numerum ad Judicium non  
vocandis, quam aliis Constitutionibus Aplicis contrariis quibuscunque: aut si aliquibus  
communiter vel divisim a sede Aplica indultum existat, quod intendi, suspendi, vel  
excommunicari, aut extra vel ultra certa loca ad Judicium evari non possunt, per Litteras  
non faciētes plenam & expressam, ac de Verbo ad Verbum, de indulto hujusmodi  
Mentionem. Datum Basilee XIV. Kal. Apr. Anno a Nativitate Domini M. CCCC.  
XXXVo.

Basilee 1435.  
XIV. Kal.  
Apr.

XX. Diploma super Villa Hoëndorff: Districtus Jauraviensis: in quo DUX  
inferit III. Diplomata illorum Dominorum, qui donaverunt Villam Capitu-  
lo, approbat Donationem ac ipsam confirmat & omni Jure & Dominio  
Ecclesie Wratisl. appropriat, & promittit pro se & Heredibus  
suis eam defendere.

In Nomine Domini Amen. Ad perpetuam Rei Memoriam Nos BOLCO DEI  
GRACIA DUX ZLEZIE: & Dnus in Vürstenberch & in Sweidnitz: notum esse  
volumus universis & singulis presentium Noticiam habituris, quod Nos tres Litteras seu  
tria Privilegia, cum Sigillis suis appendentibus sanas & integras, omni suspitione ca-  
rentes, seu sana & integra omni suspitione carentia pro parte venerabilium Virorum  
Dnorum Joannis Decani, Nicolai Custodis totiusque Capli, Eccle Wratislav. Nomine  
nobis exhibitas, & exhibita, vidimus & coram nobis legi nobisque exponi & interpreta-  
ri audivimus, diligenter secundum ordinem Tenoris & Continentie infra scripte:

BOLCO II. I  
Dux Silesie  
Svidnicensis  
testatur:

XXI. In Nomine Dni Amen. Nos HENRICUS DEI GRACIA DUX ZLE-  
ZIE: DNS IN VURSTENBERCH ET IN JAWOR: ad universorum pre-  
sentium & futurorum presentes Litteras intuentium deferre volumus Notitiam: Quod  
constitutus in nra Preseacia fidelis nr JOANNES de Donin: quondam Dni HENRICI de  
Donin: dicti Buele: sinu mente & Corpore, deliberatione prehabita diligenti & maturo  
Consilio Amicorum suorum, non coactus, nec compulsus sed de sua libera Voluntate Vil-  
lam dictam Hoëndorff, sitam in districtu Javorienſi, honorabili Viro dilecto nobis, Dno  
Ottoni de Donin: Canonico Wratisl. & Plebano in Sweidnitz rite & rationabiliter vendi-  
dit & ad Manus ipsius libere resignavit ac renunciavit, ac renuncians simpliciter & omni-  
no omni Juri, Juris Actioni, Impetitioni & Allocutioni, que sibi vel Heredibus aut Suc-  
cessoribus suis competere possent, quomodolibet in predicta Villa in presenti vel etiam  
in futuro: Cum igitur predictus Dns Otto, Jura nra Ducalia & suprema, que in eadem  
Villa habere noscebamur, rite & rationabiliter sua parata Pecunia, apud nos justo Emptio-  
nis Titulo comparaverit, & nihilominus Consideratione debita prefatis Servitiorum suo-  
rum meritis ipsi Dno Ottoni & Johanni de Donin: Filio Fratris sui Henrici felicitis Recor-  
dationis predictam Villam Hoëndorff, cum universis & singulis Utilitatibus & proventi-  
bus ad ipsam pertinentibus, prout in suis metis & terminis circumferentialiter & distincta  
& expressa cum Judicio nro supremo, Amputationem Capitum & Manuum contingen-  
te, cum Actionibus, Petitionibus, Angariis, Perangariis & aliis Solutionibus quibus-  
libet, quibuscunque vocentur Nominibus, & generaliter cum omni Jure & Dominio nro  
nihil penitus excluso, exemptam & liberam ab omni Servizio de nri Ducatus Magnificen-  
tia & Gracia speciali dedimus & donavimus tenendam & habendam, Jure Hereditario  
perpetuo possidendam: Transferentes in dictum Dnm Ottonem & Joannem Patrueliem  
Ejus plenam & omnimodam Potestatem, dictam Villam cum omnibus & singulis con-  
ditionibus prenominaſis, vendendi, donandi, commutandi, alienandi, in Usus quos-  
libet & in Pietatis Opera convertendi, seu in Testamentis in suarum Animarum Re-  
medium legandi & assignandi Monasteriis & aliis Personis Ecclesiasticis, prout ipsis salu-  
brius & utilius videbitur expedire: Promittentes sincera & bona fide eosdem Dnm  
Otto-

HENRI-  
CUM I. Du-  
cum Silesie  
Javorienſem

Contractum  
Emptionis &  
Venditionis  
inter Joannem  
& Ottonem  
de Donyn ra-  
tione Villæ  
Hoëndorff  
celebratum

Castrum  
Kaldenstein

quod in mani-  
bus Laicorum  
fuerat  
cum omnibus  
& singulis  
Juribus

quod potens  
& nobile Ca-  
strum sit

Emptionis Ti-  
tulo ECCLE-  
SIAE WRA-  
TISLAVI-  
ENSIS addit.

Vendita  
Villa Proczam  
Francoflei-  
nenfis Distri-  
ctus:

esse volumus universis & singulis presentem Paginam inspecturis: quod cum medium Castrum Eccle nre Wratizl. Kaldenstein vulgariter nuncupatum cum medietate omni-um & singulorum bonorum, Jurium, Jurisdictionum, Preventuum, Reddituum, Villarum, Pertinentium, Obventionum & ad dictum medium Castrum pertinentium fuisset, multis retro annis & Temporibus in Potestate & manibus Laicorum & timeretur, verosimiliter quod ab Eccla alienaretur, imo potius perderetur, felicitis Memoriae D. Nankerus Predecessor nr pro Recuperacione dicti medii castri habito & repetito cum Caplo Wratizlav. Tractatu solemniter admisit & consensit, imo de speciali beneplacito & mandato ipsius processit, communi quoque ad hoc predicti Venerabilis Capli, Consensu & Consilio accedente, quod honorabilis Viri ----- de Franckenstein: Apeczco, Canonicus & Officialis in Wratizl. & Nicolaus Frater: Officialis ejusdem: idem medium Castrum Kaldenstein, cum omnibus & singulis suis Juribus, Jurisdictionibus, Villis, Sylvis & pertinentiis suis recuperarent & emerent de Potestate & manibus Sireni Militis D. Rudgeri de Hugwicz & Heredum ipsius pro DC. sive sexingentis marcis & L. marcis Grossorum Pragensium: quatuor solidis pro marca qualibet computatis habendum & possidendum, in proprium & perpetuo cum omnibus & singulis suis Juribus, Jurisdictionibus & pertinentiis universis, nisi forte Epi qui est pro Tempore a prefatis Emptionibus seu eorum heredibus reemendo dictum medium Castrum cum suis Juribus & pertinentiis pro sexcentis seu sexingentis & quinquaginta marcis vellet, ad se & ad dictam Eccleam Wratizl. revocare; sane cum alia medietas seu media Pars prefati Castri quam bone Memoriae Dn. Nicolaus de Bantz olim nr --- dum viveret & cum suis Juribus & pertinentiis tenuit & possedit, modo post mortem Ejus nuperrime ad nos & Eccleam nram Wratizl. totaliter & libere sit reversa, prefatusque Dn. Apeczko Officialis Wratizlav. reliquam medietatem Ejusdem Castri Kaldenstein cum suis Juribus & pertinentiis ulterius tenere voluerit, ipsum medium Castrum Kaldenstein cum Juribus & pertinentiis universis nobis & dicte Eccle nre exhibuit ad emendum venale: Nos itaque super reemptione & recuperacione prefati medii Castri cum Fratribus nris, Caplo, Eccle Wratizl. pluries Tractatu habito & repetito solemniter cum nobis nil utilius & consultius superesset ex premissis & submissis meliora prospicientes nec dubitantes ea & nobis & nre Wratizlav. Eccle profutura: Attendentes etiam, quod predictum Castrum Kaldenstein forte potens Castrum est & nobile, imo multum utile ac proficuum Terre Nissenfi, que est Wratizl. Eccle Patrimonium speciale: Ideo ipsum medium Castrum Kaldenstein de Consilio unanimi nri Wratizl. Capli & Consensu a Dno Apeczcone Officiali predicto reemimus & recuperavimus pro nobis & nra Wratizl. Eccla in quingentis marcis Grossorum Pagamenti & numeri supradicti: Verum cum Vasa seu supellectilia aut alie Res mobiles nobis non essent ad solvendum dictas Pecunias seu pagandum eisdem, Dno Apeczconi & Successoribus legitimis pro CCC. marcis Grossorum Pragensium Wratizl. numeri & consueti, de unanimi Consilio & concordia Consensu dicti Wratizl. Capli, Villam, Eccle nre Proczam vulgariter nuncupatam, Francofleinensis Districtus ad Mensuram nram Epalem spectantem cum universis & singulis suis Juribus, Jurisdictionibus, Honoribus, decimis, Fructibus, Redditibus, Obventionibus & pertinentiis quibuscunque tenendam, habendam perpetuo & hereditarie ac in perpetuum possidendam eo modo & Jure quo ipsam Villam predictam cum Predecessoribus nris hucusque tenuimus, possidemus pacifice & quiete, damus, conferimus, tradimus & etiam assignamus: Constituentes ipsum Dnm Apeczkonem & ejus Successores olim dicte Ville nre Proczam Jurium Jurisdictionum & Pertinentiarum ipsius omnium ex nunc presentibus, veros, justos ac legitimos Possessores, dictam vero Villam Proczam cum Juribus, Jurisdictionibus, Honoribus suis ac Pertinentiis quibuscunque ipse Dns Apeczco in Parte vel in toto poterit, quocunque alienationis Titulo in quascunque Personas Ecclesiasticas vel seculares transferre, Decimis Campestribus duntaxat exceptis quas in Personas transferre non debet nec poterit Laicales: Predictas itaque reemptionem, recuperacionem supradicti Castri Kaldenstein & prefate Ville Proczam dationem, Collationem, Traditionem & Assignmentem ac etiam alia supradicta autoritamus, ratificamus & presentibus etiam approbamus, eisque cum nro Wratizl. Caplo concorditer consentimus: Residentes vero CC. marcas quingentis marcis supremis expressatis per nos sibi ratione dicti medii Castri adhuc solvendas per-



percipiendas & tollendas eidem Dn. Apeczconi in certis Reditibus Menſe nre Epaliſ du-  
ximus assignandas, prout hec in aliis nris Litteris nro & ſupradicti nri Wratizl. Capli, Si-  
gillis ſignatis plenius continetur: In quorum Teſtimonium & evidentiam pleniorẽ hic  
Sigilla: nrum videlicet Eple & prefati Wratizl. Capli ſunt appenſa: Actum Wratizl. in  
generali Capitulo XII Kal. Martii: Anno Dmni M. CCC. XLV. Indiẽt. XI. Preſenti-  
bus: honorabilibus Viris Henrico de Baruth: Ppoſito: Stephano: Decano: Joanne  
Notario Capli Wratizl. predicti & aliis pluribus Teſtibus fide dignis.

Wrat. 1345.  
XII. Kal. Mar-  
tii, Teſtes Ca-  
nonici Wrat.

\*

## XXV. Renunciatio Juris Ducalis, X. manſorum pro Capitulo

Wratizlavienſi in Proczano.

\*

Nos RENCZCO SCHAFF: MILES: univerſis & ſingulis ad quos preſens RENCZCO.  
ſcriptum pervenit, volumus eſſe notum: Quodcum honorabilibus Viris Dnis Caplo  
Wratizl. Eccle ſuper bonis videlicet X. manſis agrorum, quos in Villa Proczano dicte  
Eccle Wratizl. Nomine Juris Ducalis obnoxios & aſtrictos ſumus de proborum Viro-  
rum Conſilio in toto & amicabiliter concordati, de qua Concordia ſumus, itamus & eſſe  
volumus omnino contenti, dictos X. manſos iſtis Dnis Caplo & Eccle Wratizlav.  
predicti ſ cum omnibus ſuis Juribus & Pertinentiis univerſis libere assignantes & etiam  
dimittentes into eiſdem etiam bonis, videlicet decem manſis, Juribus & Pertinentiis  
ſuis omnibus & ſingulis, quocunque Nomine cenſeantur, preſentibus pro nobis & here-  
dibus nris & ſpecialiter pro ULRICO: FILIO NRO SENIORE edimus totaliter  
& in totum, omnique Actioni, Impetitioni & Juri ſi que vel ſi quod nobis vel here-  
dibus nris in eiſdem bonis in preterito competit, aut in preſentibus competeret, vel  
poſſet competere, quomodolibet in futurum: Eiſdem bonis renunciamus, ſimpliciter  
& expreſſe nihil Juris vel Actionis nobis vel heredibus nris in dictis bonis penitus re-  
ſervantes: Preterea pro nobis & pro heredibus nris, ut ſupra in his ſcriptis renuntia-  
mus expreſſe totaliter & in totum Littere ſeu Privilegio quam vel quod FRATER  
NR ULRICUS SCHAFF in ſupradicta Villa videlicet Proczano & Jure Ducali in  
ea parte qua & in quantum pro nobis & heredibus faciebat & facit aut facere poſſet  
in antea quoquo modo, imo pro nobis & heredibus nris ubicunque hujusmodi Littera  
ſeu Privilegium apparuerit, nullius eſt & eſſe debet efficacie vel momenti: In cujus  
Rei Teſtimonium Sigillum nrum preſentibus eſt appenſum: Actum Wratizlavie in Ec-  
cla S. Egidii XVI. Kal. Julii: Anno Dni M. CCC. LIV. Preſentibus Viris providis  
& diſcretis Petro Schwartz: Cive Wratizl. Johanne Conoplat Notario ſupradicti Cpli  
Wratizlav. Henrico quondam Perri Albi Notario publico & pluribus aliis ad pre-  
miſſa Teſtibus fide dignis.

SCHAFF:  
Miles  
X. manſos  
agrorum in  
Villa Procza-  
no cum Jure  
Ducali Eccle-  
ſiæ Wratizla-  
vienſi assignat:  
Conſenſu  
Filii Primo-  
geniti ULRICI

imo renun-  
tians Privile-  
gio Fratris  
ULRICI  
SCHAFF:

Wrat. 1354.  
XVI. Kal. Jul.

\*

## XXVI. Diploma ALBERTI. II. ROM. IMP. HUNG. ET BOH.

REGIS pro Eccleſia Wratizlavienſi S. CRUCIS.

\*

In Nomine SANCTE ET INDIVIDUE TRINITATIS feliciter! Amen  
ALBERTUS DEI GRACIA Romanorum Rex ſemper Auguſtus ac Hungarie, Bohemie,  
Dalmacie, Croacie Rex: & DUX AUSTRIE: ad perpetuam Rei Memoriam. Altitu-  
do Regie Dignitatis ſedens in Solio Maieſtatis per totum Orbem inſigni Preconio longe  
lateque diffunditur & ſpecialiter predicatur, dum fidelium ſubditorum Votis favorabili-  
ter annuit, & eorum commoditatibus condeſcendit: Eſſi quamquam inter varias & in-  
numerabiles Curas quotidiana ſollicitudine pro ſubditorum quiete diſtrahitur Cor-  
nrum, ad illud tamen precipue aciem mentis nre convertimus & ad id ſedulum deſti-  
namus Affectum, qualiter venerandas Eccleſas & Perſonas Eccleſiasticas Celeſtis Regis ob-  
ſequiis mancipatas piis protegamus Preſidiis & Libertates earum continuis nre Beni-  
gnitatis favoribus foveamus, & illarum precipue Eccleſiarum que a noſtris felicis Recor-  
dacionis Predeceſſoribus ſunt fundate, nunc nras ei Libertates & Gracias largiendo,  
nunc pro Qualitate Temporis & rerum exigentia veteres innovando. Sane Hono-  
rabilium Ppoſiti, Decani, Scholaſtici, Cantori, Cuſtodis, Canonicorum & Capli ac alia-

ALBERTUS  
II. ROM.  
IMP. HUNG.  
& BOH. REX:  
Eccleſiarum  
Commoda  
promovere  
ſtudeſ

moruſque  
Precibus Ca-  
pituli



ad S. CRUCI-  
CEM Wratis-  
laviae:  
cujus Ecclesie  
REX BOHE-  
MIAE rati-  
quam DUX  
WRATISL.  
est Patronus:  
Omnia & sin-  
gula eorum  
Jura & Pri-  
vilegia:  
& adjacens  
Castrum  
muratum  
Ipsis olim ab  
HENRICO  
VI. DUCE  
WRATIS-  
LAVIENSI  
donatum  
confirmat:

aliarum Ecclesiarum Personarum Eccle S. CRUCIS WRATISLAVIENSIS, devotorum nrorum dictorum Celsitudini nre oblata supplex petitio continebat, quatenus ipsis & suis Successoribus ac jam dicte S. CRUCIS Eccle, cujus Jus Patronatus ad nos tanquam ad Regem Bohemie & Dnum Wratislav. spectare dinoscitur, omnia & singula eorum Jura, Privilegia, Litteras, Gratias, Libertates, Immunitates, Indulta, Donationes, Bona, Concessionem, Emptiones, Possessiones, Villas, Domos, Curias, Areas, Censuum, Judicia, Jurisdictiones, Loca, Terras, Agros, Prata, Sylvas, Aquas, Aquarum decursus ac laudabiles Consuetudines, Predecessoribus suis ac ipsis conjunctim & divisim ac Eccle prefate a nris Predecessoribus Bohemie Regibus ac Ducibus Zlezie & Wratislaviae Dnis ac aliis CHRISTI fidelibus data & concessa, ac datas & concessas, & signanter *Castrum muratum cum Domibus prope eandem Ecclesiam* cum omnibus suis Libertatibus ipsis per Illustrissimum Principem quondam Henricum VI. Zlezie Ducem ac Wratislaviae Dnum libere donatum & Litteram desuper concessam approbare, ratificare, innovare & confirmare Auctoritatibus nris Romana & Bohemia Regis gratiosius dignemur: Nos igitur attendentes sincere fidei & devotionis Constantiam, quibus prefati Prelati & Caplm S. CRUCIS erga Nos & Coronam nram Bohemie usque ad hec Tempora immota fidelitate semper claruerunt & clarent, experientia demonstrante, Votis suis & rationabilibus & Ejusdem Eccle Utilitatibus de innata nobis Clementia benignius annuentes, non per Errorem aut improvide sed animo deliberato sanoque Principum, Baronum, Procerum & Nobilium fidelium nrorum accedente Consilio & de certa nra Scientia dictis Pposito, Decano, Scholastico, Cantori, Custodi & Caplo ac ceteris Personis, Ecclesiasticis, Eccle S. CRUCIS ac suis Successoribus & eidem Eccle ad Laudem DEI & Honorem *Ejus vniuersae Crucis* universa & singula eorum Jura, Privilegia, Litteras, Gratias, Libertates, Immunitates, Indulta, Donationes, Bona, Concessionem, Villas, Domos, Curias, Areas, Censuum, Redditus, Judicium, Jurisdictiones, Loca, Terras, Agros, Prata, Sylvas, Aquas & Aquarum Cursum ubicunque & in quibuscunque consistunt, quibuscunque & Vocabulis nominantur, ipsis conjunctim & divisim & Eccle prefate a nris Predecessoribus Bohemie Regibus ac Ducibus Zlezie & Wratislaviae Dnis quibuscunque atque aliis CHRISTI fidelibus rite data & concessa, atque empta, ac datas & concessas in omnibus suis punctis, Clausulis, Sententiis, totisque eorum Tenoribus prout scripta seu scripte sunt, nec non ipsorum laudabiles Consuetudines & signanter prefatum Castrum muratum prope eandem Ecclesiam cum arcis, Domibus per prefatum Henricum VI. libere datum & Litteram desuper concessam cum omnibus Libertatibus & immunitatibus, quibus hactenus usi sunt & in quorum possessione pacifica & iusta fuere reperti, laudavimus, approbavimus, innovamus & confirmamus gratiose & presentis scripti Patrocinio laudamus, approbamus, ratificamus & in perpetuum valitura confirmamus de Plenitudine Romane & Bohemie Regie Potestatis decernentes & volentes expresse, ea & eas obtinere perpetuo roboris Firmitatem ac si Tenores omnium de Verbo ad Verbum presentibus forent inserti, quod prefati Prelati, Canonici & Caplum in Ecclesiastica Persona Eccle predictae eadem habere, tenere & possidere, atque eisdem uti & perfrui possint & valeant in antea perpetuo & gaudere impedimentis cessantibus quibuscunque: Nulli ergo omnino Hominum liceat, hanc nre Approbationis Laudis, Ratificationis, Innovationis, Confirmationis & Decreti paginam infringere, aut ei quovis ausu temerario contraire: si quis autem hoc attentare presumpserit nram Indignationem gravissimam ac poenam L. marcarum Auri puri totiens quotiens contra factum fuerit, se noverit irremissibiliter incurrisse: Quarum medietatem Aerarii & Camere nre Regie Boemice, reliquam vero Partem Injuriam passorum Usibus volumus applicari: presertim sub nre Majestatis Sigilli Testimonio Litterarum: Datum Wratislaviae Anno Domini M. CCCC. XXXIXo, d. 25. Mens. Februarij: Regnorum nrorum anno Hungarie II. Romanorum vero & Boemice I.

Inque SUAM  
PROTE-  
CTIONEM  
recipit

sub Poena L.  
marc auri  
contra Ag-  
gressores con-  
stituta:  
Wratislav.  
1439. d. 25.  
Febr.

\*

XXVII. Diploma SIGISMUNDI ROM. IMP. HUNG. ET BOH.  
REGIS pro ECCLESIA S. CRUCIS WRATIZLAVIENSI.

\*

In Nomine SANCTE ET INDIVIDUE TRINITATIS feliciter Amen. SIGISMUNDUS DIVINA FAVENTE CLEMENCIA ROMANORUM IMPERATOR SEMPER AUGUSTUS: ac HUNGARIE: BOHEMIE: DALMACIE: CROACIE: REX. Ad perpetuam Rei Memoriam: Ad hoc summi Dispositione Presidii Principalis Monarchie obtinuimus Principatum: ad hoc sacri Romani Imperii & aliorum nrorum Regnorum suscepimus diademata, ut si ad alia extrinseca nos sollicitudo provocet, assiduo ad ea tamen que statum felicem & quietem ac Incrementum Jurium, Gratiarum & Libertatum nrorum & Imperii sacri venerabilibus Ecclesiarum & Personarum earundem respiciunt, tanto intendamus uberius, quanto nostrum pre ceteris mundi Ppibus solum magnificentius erexit Cœlestis Providentia Creaturis: sane pro parte Honorabilium, Ppositi, Decani, Canonorum & Capli Eccle S. CRUCIS WRATIZLAV. devotorum nrorum oblata Celsitudini nre supplex petitio continebat, quatenus desolite Benignitatis nre Clemencia Ipsos Ppositum, Decanum & Caplm Ecclesie S. CRUCIS eorumque Successores, subditos Homines, Res atque bona in nram atque Successorum nrorum Protectionem, Tutitionem & salva quam alia gratiose suscipere ac eis universa & singula eorum Privilegia, Litteras, Gratias, Immunitates, Libertates, Jura, Dignitates, Indulta, Concessiones, Donationes, Emptiones, Bona, Possessiones, Villas, Curias, Terras, Areas & Jurisdictiones, Observantias & laudabiles Consuetudines, suis Predecessoribus, Ppositis, Decanis, Canonis & Caplo ejusdem Eccle, qui pro Tempore fuerunt hactenus & ipsis pro Tempore nunc existentibus a Divis Impp. & Regibus Romanorum nec non Regibus Bohemie nris Predecessoribus ac a nobis nec non Illustribus Principibus, Ducibus Zlezie ac Dnis VVratizlavie ac aliis Dnis & CHRISTI fidelibus datas & concessas, ac data & concessa, approbare, innovare, ratificare & confirmare gratiosius dignaremur: Nos igitur qui nrum & Imperii sacri fidelium & presertim venerandarum Ecclarum nobis & peculiari Regno nro Bohemie subiectarum profectus & commoda promovere desideramus, assidue predictis supplicationibus tanquam rationabilibus favorabiliter annuentes, prefatos Ppositum, Decanum, Canonicos & Caplm Eccle S. CRUCIS & eorum Successores, una cum ipsorum subditis Hominibus, Villis, Possessionibus, Rebus atque bonis in nram specialem & Imperii sacri ac Corone Regni Bohemie Protectionem, Tutitionem & salvoguardiam Imperatoria & Regia Bohemie Auctoritatibus & ex certa nra Scientia recipimus, ac Vigore presentium recipimus gratiose: Eorumque omnia & singula Privilegia, Litteras, Gratias, Immunitates, Libertates, Jura, Dignitates, Indulta, Concessiones, Donationes, Emptiones, Bona, Possessiones, Homines, Villas, Curias, Terras, Areas & Jurisdictiones, Observantias laudabiles, Consuetudines rite introductas, quas & que eorum Predecessores, Ppositi, Decani, Canonici & Caplm Eccle S. CRUCIS ac ipsi Ppositus, Decanus & Caplm Eccle S. CRUCIS a Divis Impp. & Regibus Romanorum nec non Bohemie Regibus nris Predecessoribus & a nobis nec non Illustribus Ducibus Zlezie ac Dnis Wratisl. Fundatoribus & Dotatoribus, Ejusdem Eccle ac ceteris CHRISTI fidelibus rite, & rationabiliter obtinuerunt, in omnibus suis honoribus, punctis, Clausulis, Articulis, Sententiis & Expressionibus prout scripta seu scripte sunt, ac si Tenores omnium & singulorum presentibus forent, de Verbo ad Verbum inserti, animo deliberato, non per Errorem aut improvide sed sano Principum, Baronum, Nobilium, Procerum & Fidelium nrorum accedente Consilio, ac decerta nra Scientia ratificavimus, approbavimus, innovavimus & confirmamus, ratificamus, approbamus, innovamus & Tenore presentium gratiosius confirmamus: Decernentes & volentes expresse, ea omnia & singula perpetuis Temporibus obtinere inviolabiliter roboris firmitatem: Inhibemus igitur singulis & universis Ppibus, Ecclesiasticis & Secularibus, Comitibus, Baronibus, Proceribus, Militibus, Clientibus, Advocatis, Officialibus quibuscunque, Proconsulibus & Consulibus Civitatum, Oppidorum & Villarum & Locorum Communitatibus, & Rectoribus eorundem, ceterisque nris & Imperii sacri ac Regni Bohemie subditis & fidelibus dilectis, Imperiali & Regia Bohemie

SIGISMUNDUS ROM. IMP. HUNG. & BOH. REX:

Ecclesiarum Libertates augendi cupidissimus

Ecclesiam S. CRUCIS WRATIZLAVIENSEM & omnia Ejusdem Juris ac Privilegia

in suam & Successorum Tutitionem & Protectionem recipit:

nova GRATIAE monumenta addens:



hemie Auctoritatibus per presentes, ne predictos Ppositum, Decanum, Canonicos & Caplm Eccle S. CRUCIS & eorum Successores, in supradictis eorum Gratiis, Libertatibus Juribus, Privilegiis, nostraque presenti Tuitione & Confirmatione & ipsorum Effectu impedian, perturbent, molestant vel inquietent, aut ipsos impediri, perturbari, molestari vel inquietari per quoscunque quocunque quesito Colore quomodolibet permittant, quin potius ipsos in premissis manuteneant, nri & Imperii sacri ac Regni Bohemie Nominibus & fideliter defendant, sub Indignacionis nre & Imperii sacri ac Regni Bohemie poena gravissima: & prout poenas in antedictis Ppositi, Decani, Canonicorum & Cpli Privilegiis atque Litteris expressas & contentas, nec non poenam L. marcarum auri puri voluerint arcius evitare, quas contra veniens, totiens quotiens contra factum fuerit, se noverit irremissibiliter incursum, quarum medietatem Imperiali nro Aerario sive Fisco, residuam vero Partem dictis Pposito, Decano ac Capitulo & ipsorum Successoribus irremissibiliter decernimus applicandas: Presentium sub nre Imperialis Majestatis Sigilli Testimonio Litterarum: Datum Basilee anno Dmni M. CCCC. XXXIV. d. 28. Mens. April. Regnor. nror. anno Hungarie XLVIII. Romanorum XXIV, Bohemie XIV, Imperii vero I.

Basilee 1434.  
d. 28. April.

\*

**XXVIII. Litteræ Ducum Lignicensium Ducisque Bregensis quibus Contractum Emtonis Villæ Thomnirz ECCLESIAE S. CRUCIS WRATISLAVIENSI confirmant.**

\*

LUDOVICUS Dux Sil. Bregensis & Fratres, Duces Lignicenses WENCESLAUS: RUPERTUS: BOLEZLAUS HENRICUS Fratres de Seyfridaw Villam Thomnirz districtus Niemtschenensis cum omni plenoque Jure & Dominio supremo & infimo Ecclesie S. CRUCIS Wratislaviensi vendidisse testantur & ratum habent.

In Nomine Domini Amen. Nos LUDOVICUS DEI Gracia Dux Zlezie Dns Bregensis & Niemtschenensis: & Nos WENCESLAUS: RUPERTUS: BOLEZLAUS & HENRICUS: FRATRES, eadem Gratia Duces Zlezie: Dni Lignicenses & Niemtschenenses: notum facimus Tenore presentium universis: quod nobis coram presencialiter constituti fideles nri dilecti Joannes Jungebusse: Johannes Pessold: Fratres de Saifridaw: suis nec non Heredum & Successorum suorum Nominibus non per Errorem aut improvide, vel aliquo circumveniendi Imperio, sed ex certis suis scientiis publice recognoverunt, se suis nec non Heredum & Successorum suorum predictorum Nominibus rite & rationabiliter justo & legitimo, Venditionis & Emtonis Contractu interveniente vendidisse, vendunt & vendiderunt Honorabilibus Pposito, Decano, Scholastico, Custodi, Cantori, Canonico, totique Caplo Eccle S. CRUCIS WRATISLAV. Villam suam vulgariter Thomnirz nuncupatam nri Niemtschenensis districtus cum omni plenoque Jure & Dominio supremo & infimo, Ducali & Hereditario, mero & mixto ac supremo & infimo Judicio, nec non cum censitis, rusticis, villanis, Reddituariis, Agris cultis & incultis, Censibus, Redditibus, Moleudinis, Sylvis, Ruberis, Aquis, Aquarum Incursis, Piscaturis, Pratis, Pascuis, Obventionibus, Emolumentis, Honoribus, Honorantiis, cum suis metis, gadibus, grenitiis & limitibus quibus eadem bona sunt distincta circumferencialiter & locata, ceterisque universis, nullis prorsus exclusis Juribus, Libertatibus & pertinentiis suis, quibuscunque valeant nominibus designari: pro certa pecunie summa ipsis totaliter & integraliter persoluta: Resignantes eadem bona, cum universis premissis pertinentiis coram nobis & renunciantes dicti Fratres pro se suisque Heredibus & Successoribus, universis Juribus, Jurisdictionibus, Impetitionibus, arrestationibus & aliis impedimentis quibuslibet, ipse Joannes Jungebusse & Joannes Pessold de Seyfridaw aut Heredes & Successores sui per se & per alios directe aut quolibet quesito Ingenio vel Colore, pretextu bonorum & Jurium predictorum aut alicujus locum in futurum uti vellent quomodolibet atque possent ac etiam supplicantes nobis nominibus quibus supra humiliter & instanter, quatenus admissio benigne Venditionibus & Emtonibus Contractu hujusmodi tanquam rationabiliter Consensum nrm adhibere & conferre dignaremur, bona predicta cum suis Juribus & pertinentiis superius expressatis Pposito, Decano, Scholastico, Custodi, Canonicis, totius Capli nec non Eccle S. CRUCIS prefatis ac ipsa eis perpetuis futuris Temporibus, sub Ecclesiastica Libertate & exemptione possidenda inviscerare & annectere, incorporare ac etiam applicare: Nos vero Supplicationibus hujusmodi benignis Tenoribus inclinari ad Honorem OMNIPOTENTIS DEI & in remedium nrarum & Progenitorum nrorum salutiferum Animarum Contra-



fractui predicto ex certa scientia consensimus & consentimus, nec non Villam Thomniz predictam nri Niemtschenfis Districtus cum omni plenoque Jure & Dominio supremo & infimo Judicio, nec non cum Censitis, Rusticis, Villanis & Reddituariis, agris cultis & incultis, Censibus, Redditibus, Molendinis, Sylvis, Rubetis, Aquis, Aquarum Decursibus, Piscaturis, Pratis, Pascuis, Obvencionibus, Emolumentis, Honoribus, Honorantiis, ceterisque Juribus, Libertatibus & Pertinentiis suis universis quibuscunque valeant Nominibus designari, nullius prorsus exclusis, quibus idem & Predecessores eorum habuerunt, tenuerunt & possederunt, ut prefertur Pposito, Decano, Scholastico, Custodi, Cantori, Canonicis, totique Caplo nec non Eccle Wratisl. memorate ac Procuratoris Nomine ipsorum Honorabile Viro Dno Hermannno Borsnitz suscipienti libere absque servitio & absque quolibet Onere ac quibuslibet Angariis, Perangariis, Positionibus, Impositionibus, Precariis, Vecturis & absque omnibus Gravaminibus, quibuscunque nominibus nuncupantur, conferimus & contulimus a Nobis & nris Heredibus legitimis Successoribus Libertate Ecclesiastica in perpetuum, possidendam, tenendam, habendam, utfruendam, ac in Usue eorum necessarios & beneplacitos convertendam, constituentes nihilominus dictos Dnos Ppositum, Decanum, Scholasticum, Cantorem, Canonicos, totumque Caplum S. CRUCIS prefate Ville Thomnitz & ipsius Pertinentiis Ecclesiasticos & Legitimos Possessores: Harum quibus nra Sigilla appensa sunt, ex nris certis Scientiis Testimonio Litterarum: Datum Brege fer. III. ante Festum S. Petri ad Vincula anno Domini M. CCC. XCIIo. Presentibus nris fidelibus dilectis Dno Johanne de Pogrell: Milite: Johanne de Schellendorff: Johanne de Borsnitz: Capitaneo nro: Marquardo de Pogrella: Henitio Raleenau: Nicolao Lembergk & Nicolao de Rothenkirche: nro Notario qui presentia habuit in commissis.

presente nomine Capituli  
Ejusdem Ecclesie  
Hermannno  
de Borsnitz  
Procuratore:

Brege 1392.  
fer. III. ante  
Festum S. Petri  
ad Vincula:  
Testes Equites  
Silesii.

## XXIX. Litteræ BOLCONIS II. DUCIS SILESIAE SWIDNICENSIS de Libertatibus Allodii Mleczo Ecclesie S. CRUCIS Wratislaviensis.

In Nomine Domini Amen. Etsi illorum Commoditatibus qui temporaliter nobis deserviunt libenter intendimus, ipsi tamen nre Liberalitatis dextram ferventius impartimur, qui divino insudantes cultu nobis suarum devotarum orationum suffragia spiritaliter famulantur: Hinc est quod nos BOLCO DEI GRACIA DUX ZLEZIE ET VURSTENBERGENSIS: DNS SVVIDNICENSIS ET NIEMTSCHENSIS, ad universam tam presentium quam futurorum devenire cupimus notationem, quod cupientes ex affectu Conditionem Eccle S. CRUCIS apud VVratizlaviam per nos Antecessores erectam, fundatam & solemniter dicatam fore meliorem & ut in ea Cultus Divini Numinis amplietur, ad Honorem OMNIPOTENTIS DEI ac VIVIFICAE CRUCIS CHRISTI, nrorumque Peccatorum Remissionem, ac ad instantem justam & rationabilem Capli ipsius Eccle S. CRUCIS petitionem & gratiose & liberaliter matura deliberacione premissa concedimus, permitimus & expresse consentimus, ut prelati Canonici dicte Eccle S. CRUCIS Allodium Mleczo vulgariter dictum, situm in districtu nro Niemtschenfi, quod a fundacione ipsius Eccle cum omni Jure & pleno Dominio, utili & directo ab omnibus Solutionibus, Exactionibus, Steuris, Petitionibus, Angariis & Perangariis seu Collectis quibuscunque vocentur Nominibus liberum, incorporatum, & donatum fuit pro refectionibus predictae Eccle & per Prelatos Canonicos ipsius a Tempore dicte Fundacionis huc usque sic possessum, possint & valeant exponere & locare Agricultoribus & Rusticis, pro annua Pensione perpetue vel ad Tempus & de dicto Allodio Villam facere, sic quod Scultetus & Rustici quibus dictum sub Censu & servitiis, vendent & locabunt Allodium ad nullum alium seu alios preterquam ad Caplm & Ecclam S. CRUCIS predictum Respectum habebunt & habere debent & Servitiis universis ac Jurisdictione plenaria nec non utili, mero, pleno & supremo & directo Dominio atque Jure cum dicta bona in Mleczo sic ut predictur ad Caplm & Ecclam S. CRUCIS predictum & predictam a Tempore Fundacionis ipsius Eccle pertinerunt, pertineant & pertinere debeant, perpetuo in futurum, nihil nobis aut nris

BOLCO II.  
Dux Silesie  
Swidnicensis  
Commoda  
Ecclesie S.  
CRUCIS  
Wratislaviensis  
promovere  
studens Allo-  
dium Ejus-  
dem Mleczo  
in Districtu  
Niemtschen-  
fi situm.

in Villam lo-  
cari posse con-  
cedit:

Suc-

Wratisl. 1357.  
IX. Kal. Nov.  
Testes Equi-  
tes Silesii.

SUCCESSORIBUS Juris in dictis Bonis reservantes: In cujus Rei Testimonium presentem Litteram in Evidentiam presentis Concessionis, Permissionis & Gratie & in Confirmationem Juris veteris a nris Predecessoribus collati scribi & nri majoris Sigilli appensione fecimus communiri: Datum & actum VVratislav. Anno Domini M. CCC. LI. IX. Kal. Novembr. Presentibus fidelibus nris Conrado de Czedlitz & aliis & Petro de Czedlitz nro Notario ad premissa.

\*

**XXX. Litteræ BOLCONIS II. DUCIS SILESIAE MONSTERBERGENSIS** quibus Villam Swidnitz Ecclesiæ S. CRUCIS VVRATISLAV. Jure Teutonico locari posse concedit.

\*

BOLCO II.  
Dux Sil. Mon-  
sterbergensis:

ad Emolu-  
mentum  
S. CRUCIS  
Ecclesiæ Wra-  
tislavensis

Allodium de  
IV. manlis  
agrorum in  
Villa Serda-  
nitz: Distri-  
ctus Wratisl-  
lav.  
in Jus Teuto-  
nicum expo-  
ni & locari  
concedit:

Monsterberg.  
1359. fer. II.  
prox. post  
Diem S. Mar-  
garethæ Vir-  
ginis: Testes:  
Equites Sile-  
sii:

In Nomine Dmni Amen. Nos BOLCO DEI GRACIA DUX ZLEZIE ET DOMINUS IN MUNSTERBERG: ad perpetuam Rei Memoriam: Etsi Principum Magnificencia que liberaliter Officio & munificentie largitate fulcitur, omnibus presto esse debet affluenter in eorumque profectibus merito gratulari, ad illos tamen munificentie sue dextram copiosius tenetur extendere & eorum commodis intendere opportunè, qui in fundamento militantis Eccle, Scientie, Claritate refulgent aliisque Virtutum meritis sunt prelati: Hec igitur in dilecto nobis Haulone Czambori: Canonico Prebendato Eccle S. CRUCIS VVratisl. Capellano nro digne pensantes & volentes ex merito ipsius Personæ dictam Eccliam cujus Patronus & Dns Temporalis in Parte nre Foundationis Ejusdem Eccle quondam per nros Progenitores factus per DEI Graciam existimus specialibus insignire Gratiis & propitiis honoribus adornare prefato Hauloni Canonico suisque Successoribus Canonicis prebendatis Eccle supradicte ipsique Eccle in Persona eorum Auctoritate nri Ducatus seu Principatus & nri speciali Clemencia damus & conferimus plenam & liberam Potestatem quod Allodium de quatuor Manlis Agrorum in Villa Serdanitz Districtus & Dominii VVratisl. pertinens ad Prebendam & Canonicatum supradictos cum pleno Dominio atque Jure, in Jus Theutonicum exponere, locare, vendere & quovis alio modo transferre valeant, atque possint, prout ipsorum Utilitati & dicte Eccle videbitur melius expedire: Nos vero pro uberiore Gratia idem Allodium nec non Colonos, Incolas, Inhabitatores & Possessores ipsius Allodii ac Jurium & Pertinentiarum ejus ab omnibus & singulis Exactionibus, Gravaminibus, Vecturis, Araturis, Steuris, Angariis & Perangariis, Precariis & stationibus ac aliis Impositionibus, realibus & pertonalibus sive mixtis quibuscunque Nominibus nuncupentur, inventis vel in posterum inveniendis, libertamus, eximimus, absolvimus in perpetuum, ac libera, exempta & absoluta esse volumus & decernimus per presentes, inhibentes expresse omnibus & singulis Capiraneis, Judicibus, Presidentibus, Officialibus vel Ministris quibuscunque ne de cetero perpetuis Temporibus in premissis seu aliquo premissorum dictum Allodium seu Colonos, Incolas, Inhabitatores seu Possessores Ejus aggravent vel perturbent aut aggravare vel perturbare presumant quoquomodo Gratiæ nre Celsitudinis sub obtentu: Sic tamen quid ipsi Redditus & Proventus ratione dictarum Expositionis, Locationis, Venditionis seu Alienationis cujuscunque provenientes incorporari debeant Canonicatui & Prebende perpetuis Temporibus & nullas alias Eccle S. CRUCIS supradicte: Harum Testimonio Litterarum Sigillo Ducatus nri Monsterbergen, subappenso: Presentibus Bernhardo de Retwitz: Courado de Cynem: Militibus: fidelibus nris & Nicolao de Pancow Ejusdem Eccle S. CRUCIS in VVratisl. Canonico: Curie nre Notario: Testibus ad premissa. Datum Monsterberg fer. II. proxima post Diem S. MARGARETHE VIRGINIS: Anno Domini M. CCC. LIX.

— 103 ) o ( 104 —

27



XXXI. Recognitio Theoderici Officialis Ducis Bavariae, si Dux moreretur, quod tunc debeat Terram assignare Ducis CAROLO REGI & Annæ.

**I**ch Dietrich von Wildenstein: der Junge: Ritter, des Hochgebohrnen Fürsten Herrn Rudolffen, Pfalz-Graven bey Rhein und Herzogen zu Bayern, Meines Genädigen Herren Amptmann und Bisthum zu Bepern, bekenne mich öffentlich mit diesem Brieffe, daß ich dem Allerdurchlauchtigsten Fürsten, Herrn CAROL dem Römischen Kayser und Könige zu Behmen, des zu den Heiligen geschworen han, und och zu Verdienst, meinem vorgenannten Herrn Herzog Rudolff och geschworen han, wer das do GOTT vor sey, ob mein vorgenannter Herr Herzog Rudolff abgienge ohne Leibes-Erben, che daß Er mich von dem Bisthumb-Ampt zu Bepern entsetzet hett, So soll ich meinem egenannten Herrn, Herrn CAROL dem Behmischen Könige warten mit Landen, und mit Leuten, nach der Brief sagt, die sie zwischen einander haben, ubr all artickel und stücke, die zwischen Ihn beyden beredt und geteydingt seynd, wer aber ob mich mein vorgenannter Herr, Herzog Rudolff von dem vorgenannten Ampt absetzte, wenn Er den dargesetz: Derselbe ist desselben verbunden gleicher weyse als ich: zu Urkund der vorgeschrieben sachen hab ich mein eygen Innsiegel gehalten an disem briv der geben ist zu Franckfurt am Frytag nach S. Johannis-Tag anno Dmni M. CCC. XLIXo.

Dietricus de Wildenstein: Jun. Eques Bavarus: RUDOLPHI Com. Pal. Rheni Officialis Ducis BAVARIAE: ELECTO- RISS. R. I. in Calum moris Elect. CAROLO IV. ROM. IMP. BOH. REGI Homagium præstat: Francofurti 1349. Die Veneris post S. JOH.

XXXII. RUPERTUS Junior promittit, si Terræ Bavariae ex Contractu Matrimonii DOMNE Annæ ad REGEM BOHEMIE devolventur, teneretur ipsum protegere.

**W**ir Ruprecht der Jüngere: von Gottes Gnaden Pfalzgrav bey Rhein: zc. bekennen und thun kund öffentlich mit diesem brive, wenn der Hochgebohrne Fürst und Herr, Herr Rudolff Pfalzgrav bey Rhein, unser lieber Vetter, dem allerdurchlauchtigsten Fürsten und Herrn, Herrn CAROL Römischen Könige och Könige zu Behem, unserm Gnedigen Herrn, und der Durchleuchtigen Fürstin und Frauen, Frauen ANNE, unser lieben Frauen und Wuemb, seiner elichen Woyrtinne, und ihr beyder Kinder und Erben, es seyn Sohn oder Töchter, alle seyne Lande, Herschafften, Vesten und Leut, in der Pfalz und in Bayern, und wo die gelegen seynd, und alle seine Pfandschafft, von weme Er die inne hat, und alles das Er fürbas noch gewinnt, mit gutem Willen auffgereicht und auffgeben hatt, und wir uns mit bedachten Mute, vor uns unser Erben und Nachkommen, alles rechten, anspruch, und anredung, die wir dozu einherley weiß haben oder gehaben möchten, verziehen haben, ausgenommen den Rechten das ein Pfalz-Grav bey Rhein hat, und haben soll an der Wahl und Thur eynes künfftigen Kayfers, und andern Ehren und Würdigkeit, die zu der vorgenannten Thur und Pfalz gehören, und den Gravschafften und Mannschafften: Die von der Pfalz zu Lehen ruhrendt, die bey uns und unsern Erben ewiglich bleiben sollen, als yn Briven die wir dem obgenannten unserm Herren geben haben, vollendlichen beschriben und begriffen ist, davor globen wir vor Uns unsre Erben und Nachkommen ewiglich mit unsern gutten Treuen one geverd unserm obgenannten Herren, Frauen Annen seyner Wirtinne, seyner Erben und Nachkommen an dem obgenannten Land yn der Pfalz und zu Bayern, wee daz es zu Schulden kwenbe, daß der obgenannte Herzog Rudolff unser Vetter abgienge, und daz sie der obgenannten Lande der Pfalz und Bayern gewaltig würden, und die einnehmen, und daz wir denn Uns denselbigen unsern Landen, und von derselbigen Lande wegen den obgenannten unserm Herren, Frauen Anna seiner Wirtinne, ihren Erben und Nachkommen, in ihren Landen, Leuthen und Herrschafften die sie in der Pfalz und zu Bayern haben, bey allen rechten, und gutten gewohnheiten, dabey wir obgenannten unsern Vettern Herzog Rudolffen gelossen haben, und in den Er bey uns in der Zeit geseßen ist, ewiglich lossen wollen, und sie zu denselbigen Rechten

RUPERTUS II. Jun. Comes Pal. Rheni: federe se CAROLO IV. ROM. IMP. BOH. REGI marito Annæ Palatinæ sub spe Successionis, (Electoratus Jure excepto,) facto adstringit;



Passau 1353.  
die S. Alexii.

ten, und Gewohnheiten treulich und freundlich schirmen und behalten, were auch das zwischen unsern obgenannten Landen in der Pfalz und zu Bayern Aemptleuten, Mannen und Dienern beydenseiten einicherley aufflauff oder zweyung entstunden, und mann dieselbigen mit Freundschaft nicht versynen mocht, die soll mann mit den Rechten austragen, als in den obgenannten Landen in der Pfalz und zu Bayern von alters her recht und gewohnheit gewesen ist: Mit Urkund dis Brives der geben ist zu Passau nach Christi Geburt 1353. am Tage S. Alexii.

\*

### XXXIII. Similes Ejusdem RUPERTI Litteræ.

\*

Solemnior  
Nos Conradus DEI Gracia & Apostolice sedis Episcopus Wratislaviensis: notum facimus per hoc presens publicum transumptum quibus expedit universis quod constitutus coram nobis Religiosus Vir Martinus Kempmacher: Mareschalcus supremus Ordinis BEATE MARIE Domus Teutonicorum Jerosolimitani, ac Magnifici Dni Fratris Michaëlis Kochmeister predicti Ordinis Magistri Generalis & jam dicti Ordinis Procurator & Syndicus prout de suo procurationis & syndicatus Mandato dixit constare publicis Documentis quedam acta & actitata in Causa seu Causis inter serenissimum Principem Dnum Wladizlaum Regem Polonie & alios sibi adherentes: ac Magistrum & ordinem prefatos ab olim versa & per serenissimum Principem & Dnum Dnum Sigismundum Romanorum: Hungariae: Bohemieque Regem per Sententiam Arbitralem decisa & terminata in quatuor potius seu Foliis Pergameneis cum dimidio ad modum quaterni formati conscripta, in quibus inter cetera continentur duo compromissa cum prorogatione ipsorum & prefati Dni Romanorum Ungarie & Bohemie Regis Pronuntiatio super predictis, nec non Sigillo Majestatis ipsius Dni Romanorum Ungarie & Bohemie Regis in Cordula Sericea crocei & nigri Coloris impendente sigillata nobis exhibuit & presentavit, & quatenus predicta acta & actitata transcribi & in publicam Formam redigi nostra Auctoritate ordinaria & decenti Interpositione mediante mandato dignaremur cum instantia debita postulavit, cum predicta acta & actitata sine periculo amittendi, ad alienas Partes faciliter non possint deduci: Nos igitur Conradus Episcopus prefatus reputantes Postulationem hujusmodi fore justam & consonam rationi, predictis actis & actitatis ad nos receptis, visis & diligenter inspectis ac veris & sine suspicionem esse repertis, ipsaque acta transcribi per Notarios publicos infra scriptos & publicari, collatione etiam cum predictis actis facta mandavimus volentesque & tenore presentium Auctoritate ordinaria decernentes, quod Transumpto hujusmodi in omnibus & per omnia utique locorum tam in Judicio quam extra plena fides adhibeatur, sicut Originalibus actis & actitatis antedictis quibus omnibus & singulis auctoritatem nostram ordinariam & Decretum interposuimus & interponimus per presentes, Sigillum vero predictis actis & actitatis appensum Magnum & Rotundum de Cera Glauca & communi erat, in cuius Sigilli medio apparuit Imago Regis Coronati in folio Mundi quasi sedentis, sceptrum in dextra & Pomum cum Cruce in sinistra manibus tenentis, & circa quodlibet Latus dictae Imaginis duo Clypei, & circa quemlibet Pedem unus Clypeus apparebat, in superiore Clypeo Lateris dextri forma aquilae cum extensis alis, ad modum volantis, & in inferiore Clypeo dicti Lateris Forma Leonis erecti: In superiore vero Clypeo, Lateris sinistri due Cruces, & in inferiore tres Lineae videbantur: In Clypeo circa dextrum Pedem forma Leonis, & in Clypeo circa sinistrum Pedem prefati Imaginis tria Capita Leonum apparebant, Clypei Laterales extra Ciborium supradictae Imaginis, & Clypei circa Pedes in ipso Ciborio consistebant: Littere circumferentiales sic legebantur: SIGISMUNDUS DEI GRACIA ROMANORUM SEMPER AUGUSTUS ac HUNGARIAE, DALMATIE, CROACIE, SERVIE, GALLICIE, LODOMERIE, COMANIE, BULGARIEQUE REX: MARCHIO BRANDENBURGENSIS: NEC NON BOHEMIE ET LUCEMBURG HERES: Tenores vero supradictorum actitatorum de quibus supra fit mentio sequuntur & sunt tales.

primæ siqui-  
dem Diplo-  
mate

SIGISMUNDUS IMP.  
HUNGARIE REX:  
BOH. HÆ-  
RES:

fese Arbi-  
trum

LXXII. In Nomine SANCTE ET INDIVIDUE TRINITATIS feliciter, Amen. Sigismundus DEI GRACIA Romanorum Rex semper Augustus ac Hungarie, Dalmacie, Croacie, Servie, Gallicie, Lodomerie, Comanie, Bulgarieque Rex: Marchio Brandenburgensis: nec non Bohemie & Lucemburgi Heres: ad perpetuam Rei Memoriam notum facimus Tenore presentium universis harum noticiam habituris Rex Regum & Dominus Dominantium, Dominus immortalis ille Imperator eternus inestimabili sua providentia in Majestatis Cesaree nos sublimem Potentiam pro Consolatione Christiane fidei & Christicolarum salute commodoque potenter erexit, ut ad instar Monarchie celestis ubi cuncta, suavi dulci & eterna pace subsistunt Imperialis, augusta Potentia, Terre-

stris



stris, Imperii gubernet habenas, commissique officii tam fideliter tanque prudenter inde-  
 sinenti studio & quatenus Possibilitas humane fragilitatis valet admittere, exerceat Vires,  
 ut terrena gubernacio cœlestis regiminis considerationem pro suis Viribus imitetur, sic-  
 que fiat, ut pervigilantis Curam & Celsitudinis Imperialis Operationem pace orthodoxe  
 fidei Cultores fruantur, Lites, bella, controversie & dissensiones tollantur de medio, &  
 in pacis amœnitate suum in devotione recognoscant colere Creatorem: sane cum inter  
 Serenissimum Pncipem Dnum Wladizlaum Regem Polonie: magnumque Ducem Li-  
 thuanie, Fratrem nrum Charissimum, ac Illustres Pncipes Dnum Alexandrum alias Wi-  
 toudum Majorem Ducem Lithuanie & Johannem & Semovitem Duces Mazovie ex una,  
 & venerabilem Michaëlem Kochmeister Ordinis Hospitalis SANCTE MARIE Do-  
 mus Teutonicorum Jerosolimitani Magistrum Generalem ipsiusque Preceptores & Or-  
 dinem parte ex altera diutius contracta & suborta fuisset guerrarum & litium gravis Ma-  
 teria, ex qua agnovimus Christiano Populo, Pericula & Cedess innumera minari, Nos  
 qui Gubernacula S. R. I. ex Dispositione Divina ad servitium Christiani Populi adsum-  
 plimus in humeros nros & cum nr̃i penitus intersit obviare Scandalis, sedare lites, bella  
 suppressere, seditiones succindere, dissensiones excludere, pacique & amœne Tranquil-  
 litati fidelium undecunque intendere vigilanter, premissa omnia in animo nro sanius re-  
 volventes, studiis necessariis & opportunis implorato Auxilio divino, quibus tam gravia  
 tamque pestifera genti fidelium pericula sopire & de medio tollere valeremus salutifera &  
 honesta media & non absque gravi Persone nre labore tenuimus, per quorum Considera-  
 tionem pacis utraque in nos tanquam Romanorum ac Hungarie, Dalmacie &c. Regem,  
 Judicem, arbitrum arbitratorem & amicabilem Compositorem de alto & Basso compro-  
 missi quorum compromissorum primi videlicet series sequitur in hec Verba:

a Rege Pol.  
 Ducibusque  
 Lithuanie &  
 Mazovie

& Ord Hosp.  
 S. MARIE  
 Domus Teu-  
 tonicorum  
 Jerosolymi-  
 tani Magistro  
 Generali ad  
 componenda  
 dissidia ele-  
 ctum  
 testatur:

secundo

LXXIII. WLADIZLAUS DEI GRACIA Rex Polonie, Littuanieque Pnceps su-  
 premus & heres Russie: significamus Tenore presentium quibus expedit universis, quo-  
 modo Dissensionis bella, guerras, lites, Rumores, questiones & Odia volentes evitare, ad  
 Pacem adspirare, & in quietis dulcedine pacis colere Auctorem de Justitia Equitate Juris  
 Cultura, fide & peritia serenissimi Pncipis Dni Sigismundi Romanorum & Ungarie Re-  
 gis: Fratris nr̃i charissimi, quibus multipliciter illustratur, plene confidentes in ipsum de  
 alto & Basso, dolo & fraude quibuslibet cessantibus, nro & Illustrium Pncipum Dnorum  
 Alexandri alias Witoudi Magni Ducis Lituanie Fratris nr̃i charissimi, Joannis & Semovi-  
 ti Ducum Masovie, Coadjutorum & Subditorum nr̃orum Nominibus compromissimus  
 & compromittimus per presentes & - - hujusmodi compromissi pro bono Pacis & con-  
 cordie sponte in se recipientem tanquam in arbitrum, arbitratorem & amicabilem Com-  
 positorem, de & super omnibus & singulis Terris, Castris, Fortalitiis, Grenitiis, limitibus,  
 litibus, dissensionibus, discordiis, displicentiis, controversiis, Rancoribus, odiis, pactorum,  
 stipulatorum, contractuum, foederatorum, & pacis perpetue lesionibus conceptorum  
 susceptorum promissorum & stipulatorum, Jurium, Libertatum, Privilegiorum, Litterarum  
 Violationibus, grenitiis, diffamationibus, Infamationibus, detractationibus, grava-  
 minibus, interesse, damnis, impenis & expensis, & generaliter super omnibus & singulis  
 Actionibus, Obligationibus, Juribus, Querelis, Concordiis, tam in Thorun, quam alibi  
 quamcunque petitionibus, & aliis Rebus ac questionibus, quibuscunque preteritis & pn-  
 tibus inter Nos ex Una & Venerabilem Fratrem Michaëlem Kochmeister: magnum  
 Generalem Ordinis Cruciferorum de Prussia & ipsius ordinem ex altera parte quomodo-  
 libet factis, motis & exortis, dantes & concedentes eidem Dno Sigismundo Romanorum  
 & Ungarie Regi plenam & omnimodam Potestatem, quod possit summarie, simpliciter  
 & de plano sine strepitu & figura Judicii lites, Controversias, Contentiones, Dissensiones,  
 Displicentias, Questiones & quascunque Causas, preteritas & presentes inter nos & pre-  
 dictum Magistrum & Ordinem quomodolibet exortas ut prefertur, & omnia alia con-  
 tingentia & dependentia ex eisdem audire & legitime examinare & in & super omnibus  
 & singulis declarare pro sue libito Voluntatis quibuscunque horis & Temporibus, Diebus  
 feriatis, vel non feriatis, partibus pntibus vel absentibus, vocatis vel non vocatis, Juris  
 Ordine & Solemnitate servatis vel non servatis, verbo vel in scriptis, stando vel sedendo,  
 simul vel divisim diffiniendo, ordinando, arbitrando, componendo, vel alias quomodo-  
 libet denuo faciendo, prout sibi melius videbitur expedire infra hinc & Festum S. MI-

ipsc WLA-  
 DIZLAUS  
 Jagello:  
 Rex Polonie:

ad Pacem se  
 OPTIMI  
 CÆSARIS  
 nutu adspira-  
 re



Ejusque se  
arbitrium &  
Laudum ra-  
tum habere  
velle

CHAEELIS Archangeli proximum inclusive, prolataque corrigere, declarare & interpretari prefatus Dnus Sigismundus Romanorum & Ungarie Rex valeat, qualiscunque ex eis Dubietas vel Obscuritas imminebit inter Partes, nram videlicet, & Magistri ac ordinis predictorum, Promittentes pro nobis ac supradictis Pncipibus Dmnis Alexandro alias Witoudo: Magno Duce Lithuanie: Joanne & Semovito: ceterisque Coadjutoribus nris & subditis bona & sincera fide, absque dolo & fraude Arbitrium, Laudum, Ordinationes, Concordiam & Compositionem amicabilem & quicquid super premissis & quolibet premissorum idem Dnus Sigismundus Romanorum & Ungarie Rex duxerit faciendum, acceptare, ratificare, emologare, ratum & gratum habere & servare, ac eis parere ac acquiescere, nec in aliquo contravenire de Jure vel de facto, quoquomodo, nec unquam a Pronunciatione, Sententia, Ordinatione & Concordia, per dictum Dnum Sigismundum Regem faciendum appellare & super nris vel ipsorum aliquo recurrere ad arbitrium boni Viri, aut ea petere revocari, vel moderari, nec ratione Personae dicti Dni Sigismundi Regis, Arbitri, Arbitratoris & amicabilis Compositoris, nec ratione rerum de & super quibus compromissimus, vel alia ratione nos opponemus contra dictum compromissum, vel contra dictam Sententiam, Ordinationem, Pronunciationem & Concordiam dicti Dni Sigismundi Romani & Ungarie Regis: qualitercunque procedat, vel qualitercunque proferat suum arbitrium vel sua mandata, sive servet Juris Ordinem, sive pretermittat, sub poena per eundem Dnum Sigismundum Regem: arbitrum: & arbitratorem apponenda & vallanda, que quidem poena apponenda & vallanda, litteris committatur & exigatur, quotiens contra predicta vel aliquod predictorum ventum, facturum non obtemperatum aut non paritum fuerit per se vel per alium vel alios quoquomodo, qua poena commissa & exacta semel vel pluries soluta vel non soluta aut exacta nihilominus omnia & singula premissa in sua semper remaneant Firmitate: Renunciantes insuper omnibus appellationibus ac omni Auxilio Juris Canonici vel civilis, omnibus exceptionibus, membranarum allegationum - - ac ceteris beneficiis, Juris facti & Patrie Legibus seu Consuetudinibus quibus possemus facere vel venire contra compromissum predictum ac omnibus que hujusmodi compromisso possint objici vel opponi, & specialiter Clausulis, Punctis & Conditionibus in quibuscunque pactionibus, litteris, foederibus, concordatorum Contractibus, expressis positis & aliis in contrarium facientibus quibuscunque harum quibus Sigillum nrum appensum est Testimonio Litterarum: Datum Caschovie 8. d. mens. Maij: Ao. Dmni M. CCCC. XIXo.

sub Poena pol-  
licetur:

Cracoviae  
1419: d. 8.  
Maij.

Tertio: Tenor vero secundi compromissi sequitur, & est talis:

Michael  
Kochmeister:  
Ord. Hosp.  
S. MARIE  
Domus Teu-  
ton. Jeroso-  
lym. Magi-  
ster Genera-  
lis

in Presentia  
Episcoporum  
Warmiensis:  
Culmenis &  
Pomezanien-  
sis: ut & Con-  
siliariorum  
Ordinis

LXXIV. Nos Frater Michael Kochmeister. Ord. Hospitalis S. MARIE Domus Theutonicorum Jerosolymitani Magister Generalis presentibus, consentientibus & assistentibus nobis Reverendis in CHRISTO Patribus Johanne Warmiensi, Johanne Culmenfi Gerhardo Pomezanienfi DEI & Aplice sedis Gratia Eppis & Venerabilibus Fratribus Henrico de Nockerwitz Magno Commendatore Martino Kempnater Marechalco supremo, Paulo de Rudorff in Christburg, Ulrico Czenger in Thorun, Joanne Seelbach in Mevva, Binando Brendel in Grudenitz, Commendatoriis & Consiliariis nris Ordinis nri significamus Tenore presentium quibus expedit universis, quomodo dissensiones, bella, guerras, Lites, Rancores, Questiones, & odia volentes evitare, ad pacem aspirare & in quietis dulcedine Pacis colere Auctorem de Justitia, Equitare, Juris Cultura, fide & Peritia serenissimi Principis DMNI NRI SIGISMUNDI Romanorum & Ungarie &c. &c. Regis: Dmni nostri gratiosissimi, quibus multipliciter illustratur plene confidentes in ipsum absentem tanquam presentem de alto & Basso, dolo, fraude quibuslibet cessantibus, nri & dicti Ordinis Coadjutorum adherentium & subditorum nrorum nominibus compromissimus & compromittimus per presentes tanquam in Arbitrum, arbitratorem & amicabilem Compositorem, ac ei super omnibus & singulis Causis, Terris, Fortalitiis, grenitiis, limitibus, litibus, dissensionibus, discordiis, displicentiis, controversiis, Rancoribus, odiis, Pactorum, Stipulatorum, Contractuum foederatorum & Pacis perpetue Lesionibus, conceptorum, susceptorum, promissorum & stipulatorum Jurium, Liberatum, Privilegiorum Litterarum Violationibus, grenitiis, diffamationibus, infamationibus, detractionibus, gravaminibus, interesse damnis, impensis & expensis & generali-

raliter super omnibus actionibus, obligationibus, Juribus, Querelis, Concordiis, tam in Thorun quam alibi quomodocunque Petitionibus aut aliis rebus ac questionibus quibuscunque prateritis & presentibus inter Nos, ordinem nostrum, adherentes, Coadjutores & subditos ex una, & Serenissimum Principem Dnum Wladizlaum Regem Polonie Littuanieque Principem supremum, & Haeredem Russie &c. Illustresque Principes & Dnos Dnos Alexandrum alias Wirudum Magnum Ducem Littuanie, Johannem & Semovitum Duces Masovie &c. ejusque adherentes, Coadjutores & subditos partibus ex altera, quibuslibet factis motis & exortis dantes & concedentes eidem Dno nro Sigismundo Romanorum & Hungarie Regi: plenam & omnimodam potestatem, quod possit summarie simpliciter & de plano sine strepitu & figura Judicii lites, Controversias, Contentiones, Dissensiones, questiones & quascunque causas preteritas & presentes inter nos Magistrum & Ordinem & alios prefatos & Serenissimum Dnum Regem Polonie & Socios suos quomodolibet subortas, ut prefertur, & omnia alia contingentia & dependentia ex eisdem audire & legitime examinare, & in & super omnibus & singulis declarare pro sue libito Voluntatis, quibuscunque horis & Temporibus diebus feriatis vel non feriatis, partibus, presentibus vel absentibus, vocatis vel non vocatis, Juris ordine & Solemnitate servatis vel non servatis, verbo vel in scriptis, stando vel sedendo, simul vel divisim, diffiniendo, ordinando, arbitrando, componendo, vel alias quomodolibet denuo faciendo, prout sibi melius videbitur expedire infra hinc ad festum S. MICHAELIS ARCHANGELI proximum inclusive, prolataque corrigere, declarare, & interpretari, prefatiss. Dnos nr Sigismundus Roman. & Ungarie Rex valeat, qualiscunque ex eis dubietas vel obscuritas imminebit inter Partes nram & dicti Ordinis videlicet, & Serenissimi Dni Regis Polonie prefati, promittentes pro nobis, Ordine nro & successoribus nris adherentibus Coadjutoribus & subditaris, bona & sincera fide absque dolo & fraude Arbitrium, Laudum, Ordinationem, Concordiam & Compositionem Amicabilem & quicquid super premissis & quolibet premissorum idem Dnus nr Sigismundus Rom. & Hungarie Rex duxerit faciendum, acceptare, ratificare, emologare, ratum & gratum habere, & servare ac eis parere & acquiescere nec in aliquo contravenire de Jure vel de facto quoquomodo, nec unquam a pronuntiatione, Sententia, Ordinatione, & Concordia per dictum Dnum nrum Sigismundum Regem facienda appellare, & super his vel ipsorum aliquo recurrere ad arbitrium boni Viri aut ea petere, revocari vel moderari: nec ratione persone dicti Dni nri Sigismundi Regis, arbitri, arbitratoris & amicabile Compositatoris, nec ratione rerum de & super quibus compromittimus vel alia ratione nos opponemus contra dictum compromissum vel contra dictam Sententiam, ordinationem, pronuntiationem & concordiam dicti Dni nri Sigismundi Romanorum & Ungarie Regis qualitercunque procedat, vel qualitercunque proferat suum Arbitrium vel sua mandata, sive servet Juris Ordinem sive pretermittat sub poena per eundem Dnum nrum Sigismundum Regem, arbitrum & arbitratorem apponenda & vallanda, quæ quidem poena apponenda & vallanda totiens committatur & exigatur, quotiens contra predicta vel aliquid predictorum ventum, factum, non obtemperatum, aut non paritum fuerit per se vel per alium seu alios quoquomodo, quæ poena commissa & executæ semel vel pluries, soluta vel non soluta aut exacta, nihilominus omnia & singula promissa in sua semper maneant Firmitate: Renunciantes insuper omnibus appellationibus ac omni auxilio Juris Canonici vel Civilis, omnibus Exceptionibus, Membranarum, alligationum, rationum ac cæteris Beneficiis, Juris, facti & Patrie Legibus seu Consuetudinibus quibus possemus facere vel venire contra compromissum predictum, ac omnibus que hujusmodi compromisso possint objici vel opponi, & specialiter clausulis Punctis & Conditionibus in quibuslibet pactionibus, Litteris, Foederibus, & Concordationum Contractibus preteritis expressis & positis & aliis in contrarium faventibus quibuscunque harum quibus Sigillum nrum appensum est, quas per vos Notarios infra scriptos subscribi mandamus Testimonio Litterarum, Datum & Actum in Suburbio Castri Grudenitz Dioec. Culmenensis sub anno a Nativitate DMNI 1419. Jndict. XII. Pontificatus vero sanctissimi Dom. nri Martini Pape V. anno II. Regnante serenissimo & Invictissimo Dno nro Dno Sigismundo DEI Gracia Romanorum Rege semper Augusto: d. vero Mercurii 19. mensis Julii hora 9. vel quasi: presentibus ibidem Venerabili-

Pacem IMP.  
SIGISMUN-  
DI arbitrio  
recipere cu-  
piens.

Ejus se Vo-  
luntate

stare & jussa  
exequi velle  
testatur:

In Suburbio  
Castri Grude-  
nitz: 1419. d.  
19. Julij.



Testes:  
 1) Theologi  
 Venerabiles:  
 2) angliae Re-  
 gis Henrici  
 V. Legati:  
 3) Equites &  
 Clerici:

Cum vero IM-  
 PERATOR  
 tunc contra  
 Turcas ab-  
 sens laboraret  
 Spatium five

Dilationem  
 & REX Polo-  
 niae & Ma-  
 gnus Ord.  
 Hosp. S. MA-  
 RIAE Dom.  
 Teut. Jeroso-  
 lym. Magister

concessit:

Rex Leopoli  
 1419. d. 26.  
 Sept.

bilibus spectabilibusque & strenuis Dnms Fratre Thoma Walden: S. Theol. Doctor Priore Provinciali Ordinis B. M. GENITRICIS DEI de Monte Carmelo In Regno Anglie & Artongo Clux Milite, Consiliario serenissimi & Inviictissimi Dni nri Dni Henrici V. Regis Francie & Anglie: Ambassiatoribus: Fratre Conrado Ernst de Tremonia S. Theol. Baccalauero Ord. B. M. predicti: Conrado Nimpsch de Steffanlhayn: Milite: Wrat. Dioec. & Nicolao Kottwitz: Castellano de Santox Misnen. Dioec. Testibus ad premissa vocatis specialiter & rogatis, in quo quidem compromisso Notarii publici infra scripti videlicet: Antonius Bartomei Franchi de Pisis: Johannes Luchini de Canunchiis: clericus Cremonensis Antonius Guidonis: Clericus Avenionensis: Johannes Tollner Clericus Leodiensis Dioec. cum suis nominibus propriis & eorum Signis solitis & consuetis in Vim Testimonii omnium in compromisso expressorum fuerunt subscripti. Verum stantibus & durantibus compromissis supradictis in sui Roboris Firmitate nobisque in remotis contra Turcas laborantibus sic quod confideravimus nobis Tempus deficere in quo debebamus juxta Tenores compromissorum inter partes predictas expediebat ne tam pii tamque salutiferi inchoati Operis Profectus cassaretur pro ulteriore dilacione apud Partes predictas instare, quam etiam Dilationem volente Altissimo juxta Votorum nrorum seriem reportavimus in effectu, quarum quidem dilationum Tenores prime videlicet sequitur & est Talis:

LXXV. Wladizlaus DEI Gracia Rex Polonie: Littuanieque Pnceps supremus & heres Russie: Significamus Tenore presentium quibus expedit universis quod cum nuper nos pro nobis ac nomine Illustris Pncipis Dni Witorodi Magni Ducis Littuanie ac aliorum Dnorum Prelatorum & Baronum, adherentiumque & Coadjutorum nrorum super omnibus Injuriis, displicentiis, Damnis, Terris, Castris, Limitibus & ex eis emergentibus ac Controversiis quas habemus cum Magistro Generali ac toto Ordine Cruciferorum de Prussia compromissimus in plenissima Forma in serenissimum Pncipem ac Dnum Dnum Sigismundum Romanorum Regem semper augustum: ac Hungarie Bohemie &c. &c. Regem: Fratrem nrum Charissimum cum potestate pronunciandi usque ad festum S. MICHAELIS proxime futurum, & non ultra, prout in litteris nris desuper confectis plenius continetur: attendentes Brevitatem Temporis quod restat, & multitudinem gravissimorum Negotiorum que habet pro Manibus idem Frater nr charissimus Romanorum Hungarie & Bohemie Rex prefatus, & ad ipsius instantem requisitionem, ac ne videamur aut Justitiam fugere aut guerram desiderare, qui semper Pacem optamus, Terminum ipsum cum eadem Potestate, & eisdem omnino Clausulis, Punctis, Conditionibus & Articulis qui & quae in Compromisso nro comprehenduntur & de Verbo ad Verbum continentur usque ad Festum Epiphanie proxime futurum inclusive, quantum ad nos & Partem nram pertinet eisdem Nominibus harum fide prorogamus quibus Sigillum nrum est appensum Testimonio Litterarum: Actum & datum in Leopoli d. 26. Mens. Septembr. Ao. Dmni 1419.

Tenor vero secunde Dilationis est talis.

LXXVI. Nos Frater Michael Kochmeister Ord. B. MARIE Domus Teutonicorum Jerosolymitani Magister Generalis: Significamus Tenore presentium quibus expedit universis. quod cum nuper nos pro Nobis totoque ordine nro ac nomine aliorum Dnorum Baronum adherentium & Coadjutorum nrorum super omnibus Injuriis, Displicentiis, Damnis, Terris, Castris, Limitibus & ex eis emergentibus ac Controversiis quas habemus cum Serenissimo Pncipe ac Dno Dno Wladizlao Rege Polonie: ac Illustri Pncipe Dno Alexandro alias Witoudo: Magno Duce Lituanie: compromiserimus in plenissima Forma in Serenissimum Pncipem ac Dnum Dnum Sigismundum Romanorum Regem semper Augustum ac Hungarie Bohemie &c. &c. Regem, Dnum nrum gratiosissimum cum Potestate pronunciandi ad Festum S. Michaelis proxime futurum & non ultra, prout in Litteris nris desuper confectis plenius continetur, attendentes Brevitatem Temporis quod restat & multitudinem gravissimorum Negotiorum que habet pre manibus idem Serenissimus Pnceps & Dns Dns Sigismundus: Romanorum: Hungarie & Bohemie Rex: & ad ipsius instantem requisitionem ac ne videamur aut Justitiam fugere, aut guerram desiderare, qui semper Pacem optavimus, Terminum ipsum cum eadem Potestate ac eisdem omnino Clausulis, Punctis, Conditionibus & Articulis, qui & que in compromisso



missio nro comprehenduntur & de Verbo ad Verbum continentur usque ad Festum Epiphaniae proxime futurum inclusive quantum ad nos & partem nram pertinet eisdem nominibus harum serie prorogamus quibus Sigillum nrum est appensum: quas etiam per Notarios infra scriptos subscribi mandavimus Testimonio Litterarum: Datum & actum in Castro Thorun Culmen. Diœc. Ao. Dñni 1419. Indict. XII. die vero 24. mens. Septembr. Pontificatus sanctissimi in CHRISTO Patris ac Dñi Dñi Martini Divina Providentia Pape V. anno Ejus II. Presentibus ibidem Prudentibus & circumspectis Viris Joanne Huxer: Alberto Rote: Joanne de Missa: Hermannno de Linda: Magistris Civium Oppidi Thorun: Culmen: Diœc. Testibus ad premissa vocatis specialiter & rogatis: in qua quidem littera dilationis secunde Notarii publici infra scripti: videlicet, Antonius Bartholomei Franchi de Pisis: & Joannes Stenichen de Bartenstein: Clericus Warmiensi. Diœc. cum suis Nominibus propriis & eorum signis solitis & consuetis in Vim & Testimonium omnium in dilacione secunda expressorum fuere subscripti: Porro Litterarum premissarum & omnium coram nobis productorum Tenoribus diligenter inspectis, examinatis & fundamentaliter intellectis, ad Arbitrium, Laudum, Pronunciationem, & amicabilem Compositionem Partium predictarum, Oculos nre Considerationis tam pie tamque necessarie convertendo, executione assumpti Oneris adeo intendere curavimus, ut partes ipse & eorum subditi, perpetua pace qua nihil gratius potirentur, in æternum, auxilio quoque divino implorato, sacro, maturo & debito super hoc Prelatorum, Principum, Comitum, Baronum, Procerum, Nobilium fidelium nostrorum tam Spiritualium quam Secularium Personarum accedente Consilio, auctoritate nobis in hac Parte penitus attributa inter partes predictas In DEI Nomine pronuntiavimus, laudavimus, amicabiliter composuimus, arbitrati sumus, declaravimus & diffinivimus modo subsequente: CHRISTI Nomine invocato, de cujus Ore rectum procedit Judicium, per hoc nrum prefens Arbitrium, Laudum, Pronunciationem, diffinitionem, declarationem. & amicabilem Compositionem: Imprimis, pronunciamus, laudamus, amicabiliter componimus, arbitramur, declaramus & diffinimus, ac per hanc nram arbitramentalem Sententiam & amicabilem Compositionem in his scriptis sententiamus, quod tam subditos serenissimi Principis Dñi Wladizlai Regis Polonie: Fratris nri charissimi & Regni ipsius: ac Illustrum Principum Dñorum Witoudi magni Ducis Lituaniae & Joannis & Semoviti Masovie Ducum subditorum suorum & Coadjutorum, quam etiam Venerabilis Michaelis Kochmeister Magistri Generalis Ordinis prelibati ac etiam Ordinis ipsius atque subditorum & Coadjutorum quam alios venientes, transeuntes undecunque per Pontes, Loca, Terras & aquas quascunque liceat libere sine Impedimento ac molestia aliqua ire, perambulare, Merces & alia quaecunque ducere, quo maluerint, prout antiquitus exitit consuetum, sub poena ultra Satisfactionis Injuriam & damnum illatorum & illatarum Parti contrahenti, decem millium Marcarum puri Argenti tollenda & applicanda, pro tertia Parte Camere Apostolice, pro alia tertia Parte Fisco Imperiali, & pro alia tertia Parte, parti predictæ, seu servanti totiens committatur & exigi posito, quotiens contra predicta factum vel ventum fuerit, & poena soluta vel non exacta vel non predicta omnia & singula in suo esse & robore salva maneant: Item pronunciamus & diffinimus, ac per hanc nram arbitramentalem Sententiam & amicabilem Compositionem in his scriptis sententiamus, quod Unio fœderis perpetui ante Thorun initi inter eosdem Dños Regem Polonie, Duces Witoudum, Joannem & Semovitem & eorum Socios Coadjutores & adherentes, ac Magistrum & totum Ordinem Cruciferorum, ipsorumque subditos Coadjutores & adherentes supradictos, mutuo Consensu Partium prefatarum celebrata in qua per expressum cautum est, quod per nullas penitus dissensiones violetur, inviolabiliter observetur, ipsam volumus, decernimus & mandamus perpetuo valituram, & si contigerit quod absit, quod per aliquam Partium fuerit contraventum, nolumus propterea dictam Concordiam esse ruptam, nec in aliqua sua Parte violatam, sed ipsam in suo robore perpetuo remanere: Item pronunciamus, laudamus, amicabiliter componimus, arbitramur, declaramus & diffinimus, ac per hanc nram arbitramentalem Sententiam & Compositionem amicabiliter in his scriptis sententiamus, quod confinia, Termini, Limites, seu grenitie Terrarum Pomeranie, Culmen & Michaloviensi & Castrum Nissato cum omnibus pertinentiis & attinentiis suis stent & permaneant sicut fuit ordinatum per Concordias

Magnus Magister  
Thorunii  
1419. d. 24.  
Sept.

quo Temporis  
Spacio elapso  
OPTIMUS  
CÆSAR  
pronunciavit: quod

1) generalis  
inter utramque Partem  
& subditos  
omnes & auxiliares  
sit amnestia:

2) Unio fœderis perpetui  
ante Thorun  
initi pristinum  
obtinere  
debeat Vigorem:

4) Limites & Fines existant ad normam Compositionis factæ

olim per Re-  
ges Ungariae  
& Bohemiae:  
Concordiae  
factae ante  
Thorun: &  
Concessionis  
CASIMIRI  
III.

Regis: & Sen-  
tentiam Cæsa-  
ris Budelare:  
5) Ordini in-  
cumbat repa-  
ratio Castri  
Slotonie:

6) Destructio  
Castri Lubitz:

7) Limites &  
Fines inter  
Ducatum Ma-  
sovia & Do-  
minium Or-  
dinis sint,  
qui sub Ma-  
gistro Rudol-  
pho König  
tuerint,

Litteris Ejus-  
dem an: 1343.  
sabb. prox. an-  
te Diem B.  
Martini Con-  
fess editis: in-  
fertis

factas per serenissimos Principes Carolum & Johannem: Ungarie & Bohemie Reges, & per Concessionem, Donationem & Renunciationem Casimiri Regis Polonie ipsiusque Predecessores & per Concordiam factam ante Thorun & per Sententiam nram Budelaram: Item pronunciamus, laudamus, amicabiliter componimus, arbitramur, declaramus, & diffinimus ac per hanc nram arbitramentalem Sententiam & amicabilem Compositionem in his scriptis sententiamus, quod Magister & Ordo Cruciferorum predicti dent & solvant, & dare &olvere teneantur & debeant, prefato serenissimo Regi Polonie pro Reparacione Castri Slotonie XXV. M. florenorum, auri boni Hungaricalis, vel ducatorum infra duos annos proxime futuros, videlicet medietatem in festo B. Georgii proxime futuro & aliam medietatem in festo predicto anni subsequens: Item pronunciamus, laudamus, amicabiliter componimus, arbitramur declaramus & diffinimus ac per hanc nram arbitramentalem Sententiam & amicabilem Compositionem in his scriptis sententiamus, quod Magister Generalis & ordo prefati teneantur & debeant destrui & demoliri facere Castrum Lubitz cum Molendino quod est in Dravvantia anno infra sex menses proxime futuros a die dati presentium continue computandos: Ita quod aqua habeat Cursum & meatum suum, sicut habebat ante Constructionem dicti Castri & Molendini: Item pronunciamus & laudamus ut supra, quod limites & Confinia inter Ducatum Masovie & Dominium Ordinis Prutenorum sint & remaneant secundum litteram Dni Rudolphi König tunc Mgri ordinis prelibati quam quidem litteram validam pronunciamus ac eidem tam in Judicio quam extra esse fidem indubiam abhibendam ac si sigillata fuisset Sigillo Authentico Mgri & ordinis prelibati: cujus quidem littere Tenor sequitur & est talis.

LXXVII. In nomine DMNI amen. Ut major fides gestis adhibeatur negotiis expediat ut conscriptione litterarum que Veritatem continent Testimonium lucide roborentur: eas propter noverint Universi presentes & posterius presentium notitiam habituri: quod nos frater Rudolphus König: Ordinis Fratrum Hospitalis S. MARIE Domus Teotonica in Jerosolymitani Magr Generalis omnem materiam ambiguitatis & Dissensionis, que inter Inclitum Dnum Semovitum Ducem Masovie & Dnum Wisnensem ex una, Nosque & Fratres nros ac ordinem Parte ex altera vertebatur ex Parte Grenitiarum inter Terras Ejusdem Dni Ducis & nras ac Ordinis amputare & decidere cupientes, antedictas Grenitias accedente Unanimi Consensu & bona Voluntate prefati Dni Ducis nraque & Fratrum nrorum distrinximus in hunc modum videlicet primo incipiendo a Vado in Prutenico Singubraß & in Polonico Szigerz nominato demum descendendo Fluvium Orzitz usque ad Sylvam dictam Raduka, inde ulterius & tenendi Sylvam a Sinistris que tota manet in Parte Fratrum usque ad finem Diste Sylve & ulterius procedendo directe usque ad Fluvium dictum Vincenta, ubi influit Pissam, Deinde Majorem Rivolum ejusdem Fluvii Vincenta ascendendo, usque ad locum ubi idem Fluvius Ortum habuit, deinde usque ad Originem dicti Rivuli dicti Hoyna, & ab ipso Flumine quinto directius ire potest ad Vadum Litke & ab inde directe eundo usque ad fluvium dictum Bobra, eundem Fluvium Bobra ascendendo usque ad Locum ubi dictus Fluvius Ortum habet, Volentes predictas grenitias per nos, Fratres & Successores nros perpetuis Temporibus inviolabiliter observari, in quorum omnium Testimonium & Certitudinem Firmiorem presentes dedimus appensione Sigilli nri roboratas: Datum & actum Anno DMNI M. CCC. XLIII. Sabbato proximo ante Diem B. Martini Confessoris: hujus Rei Testes sunt Honorabiles & religiosi Fratres Viri nri in DEO dilecti: Henricus de Boventen: Magnus Commendator: Theodericus de Spira: Comendator in Thorun: Henricus de Menz: Comendator in Hostenrode: Joannes Commendator in Goluba: Becko Commendator in Schonenle: Petrus de muro: advocatus de Neumarcht: Dns Henricus Samhienfis Eccle Canonius nr Capellanus: Henricus de Lewenstein: Helwardus Grisse: Henricus de Königfeld: Joannes de Falckenstein Socii nri: Saulis & Joannes Notarii nri: & quam plures alii fide digni: Fraterque Joannes Provisor in Morin &c.

8) Captivi  
omnes Liber-  
tati restitu-  
antur:

Item pronunciamus & laudamus ut supra, quod omnes captivi hinc inde libere relaxentur & pristina libertati restituantur infra tres Menses proximos, & omnes obligationes, Fidejussiones & Juramenta per dictos captivos, aut aliquem ipsorum aut pro



pro eis factas seu prestitas & prestita, ex nunc cassamus & irritamus & nullius esse volumus roboris vel momenti: item pronunciamus & laudamus ut supra, quod de Terris Prussie & Samorhie Dispositio Concordie ante Thorun facta debet remanere in suo Robore, hoc modo videlicet, quod Dni de Prussia inter Fluvium Memel & Indagines Samovitarum debeant possidere a fluvio Rodan descendendo usque ad Castrum Memel inclusive & Mare: Dux autem Witoudus debet possidere totam Terram Samovitarum etiam cum illa que est inter Indagines & Flumen Memmel, incipiendo ab Indaginibus usque ad Caput Fluminis Rodan & procedendo recto Tramite, sicut intrat idem Fluvius in Memmel & ultra Memmel per transversum Fluminis similiter recto Tramite ad quinque Milliaria in Latitudine per Terram Vocatam Suderland, alias Jettoem & in Longitudine usque ad Littuaniam includendo semper ab utraque parte dictum Fluvium Memmel usque ad Vitam dictorum Regis & ducis, juxta Dispositionem Concordie inite ante Thorun: Item pronunciamus & laudamus ut supra, quod neutra Partium predictarum debeat edificare, vel aliquod edificium erigere, in Terris predicto modo Dnns de Prussia ac Dno Duci Littuanie commissis usque ad Vitam dictorum Regis Wladizlai & Ducis Witoudi, item pronunciamus & laudamus ut supra, quod Partes predictae inter se remaneant boni & Veri Amici ut decet veros Christicolos, & altera ab alterius Offensis & Injuriis abstineant omnino sub poenris predictis item remittimus omnes Injurias, Offensiones, atque damna hinc inde quocunque modo factas, commissas & illata, & pro remissis haberi volumus & mandamus: ita quod neutra Partium possit aliquid petere occasione predictorum: imo absolvimus & liberamus utramque Partem ab ipsis & quibuslibet ipsorum super ipsis perpetuum Silentium Partibus imponentes: item pronunciamus & laudamus ut supra, quod si que dubia in posterum ex hac nra Sententia, Arbitrio, vel Arbitramento oriatur in premissis, vel aliquo premissorum, Eorundem Declaratio & Interpretatio ad Nos spectet & illorum Declarationem, Interpretationem ac Potestatem declarandi & interpretandi nobis in posterum reservamus: item laudamus & pronunciamus, quod predicta omnia & singula & quodlibet premissorum dictae Partes inter se & sibi invicem facere, observare, manutenere, & attendere teneantur & debeant, prout superius continetur, & e contrario facere vel venire ad poenam X. M. Marcarum puri argenti in quolibet Articulo presentis Sententie nre quo contrafactum fuerit vel contraventum in aliquo qualibet Vice ut supra applicanda & poena soluta vel non predicta omnia & singula in suo esse & robore salva volumus remanere: item, laudamus, sententiamus & condempnamus prefatum Dnnum Regem Polonie ad tradendum & restituendum Castrum Jesnick dictis Prutenis infra duos Menles proxime futuros sub poena predicta: Ita pronunciamus, dicimus, & laudamus ut supra, reservata nobis super premissis in posterum declarandi & interpretandi si opus fuerit plenaria Potestate, lata, lecta & in Scriptis sententialiter promulgata sunt hec. Presentibus Reverendis in CHRISTO Patribus Dnns Jacobo Spoletano & Fernando: Lucensi: Eppis: sanctissimi Dni nri summi Pontificis Dni Martini Pape V. Nunciis: Dno Bartolomeo Archiepo Mediolanensi: Georgio Patavienfi Imperiali Cancellario: CONRADI WRATISLAVIENSI: Johanne Brandenburgen. Eppis: & egregio Mgro Joanne Storckes: Legum Doctore: Serenissimi Principis Dni Henrici: Francie Anglieque Regis Ambassiatore: ac Illustribus Pnnpbius Alberto Duce Saxonie S. R. I. Archimareschalco: & Fridrico March. Brandenburg: ejusdem S. I. Archi Camerario & Burggravio Norimberg. Pnnpbus Electoribus: nec non Henrico Comite Palatino Rheni & Duce Bavarie: Johanne de Ratifor: Przimckone de Tropparo: Ludovico de Brega: & de Ligniz. Johanne de Munsterberg: Rampoldo de Glogovia Majori: Conrado dicto Kantner de Olsna: & Ruperto ac Wenceslao de Luben Ducibus SLEZIE PRINCIPIBUS: ac spectabilibus & Magnificis Ludovico Comite de Oettingen: Imperiali Mgro Curie: Nicolao de Gara: Regni Hungarie Palatinos Georgio Eustachio: Comite Solien. Joanne Com. de Meidburg. nec non nobilibus Henrico de Lipa: Mareschalco: & Alberto de Coldiz: Mgro Camere Regni Bohemie: Hennycko Bercka dicto Hlawatz: Capikaneo Gorlicen Baronibus Alberto Schenck de Seyda: Nicolao de Rechenberg: Nicolao de Ribenitz: Joanne de Parchwiz: Nicolao Stribitz, Militibus & aliis fide dignis in predictae pronunciacionis

9) Terminum Terrarum Ordinis ad Indagines Samovitarum excurvant ad Castrum Memel: juxta Dispositionem Concordie inite ante Thorun:

10) neutra Pars Castra nova exstruat:

11) ab omnibus Injuriis abstineant:

12) Silentium: perpetuum ratione preteritarum observent:

Hac IMPERATOR

Presentibus

1) Martini V. P. M. Legatis.

2) Archi-Epo Mediolanensi:

3) Epo Patavienfi:

4) HENRICI V. Anglie Regis Legato

5) Electoribus Saxonie & Brandenburg:

6) Ducibus Bavarie:

7) Ducibus SILESIE:

8) Comitibus S. R. I.

9) Palatino Hungarie:

10) Nobilibus & officialibus:

Testi-



Wratizlav.  
1423.

Testimonium requisitis: In cujus rei Evidentiam & perpetui Roboris Firmitatem presentem nram pronunciacionem, Laudum, amicabilem Compositionem, arbitrium, arbitramentum, Declarationem, arbitramentalem Sententiam & amicabilem Compositionem Sigillo nre Majestatis jussimus communiri: Datum Wrat: Ao. Dmni. M. CCCC. XX. Illo. Romanorum Regno Xa.

quod EPI-  
SCOPUS  
WRAT. ita  
gestum testa-  
tur ibid. c. a.  
d. 4 Febr.  
hora 3.

In cujus rei Testimonium predicta acta & actitata sic fieri & per Notarios publicos infra scriptos transcribi & publicari & subscribi mandavimus, nrique Sigilli Appensione jussimus communiri: Datum & actum in Domo habitationis nre apud Ecclesiam nram Wratizlav. Ao. Dmni M. CCCC. XXIII. Id. XIII. die vero 4. Febr. hora III. vel quasi: Pontificatus sanctissimi in CHRISTO Patris & Dni nri Dni Martini Divina Providentia Pape V. anno III. Presentibus ibidem Venerabilibus & discretis Viris Dmnis Henrico Krompach: Precentore Eccle: Wrat. Joanne Rafonis in Olsna: Petro Milite in Militich: Plebanis: Henrico Stampe Capellano nro pbro nre Wrat. Dioec. Davide Rosenfeld Cive Wrat. & quam pluribus aliis fide dignis Testibus ad premissa vocatis & rogatis in Testimonium premissorum.

\*

### LXXVIII. Brief Kayser CARLS ober dy Ausstattunge der dreyen Kinder Hertzog BOLKEN von der Kozel Seel.

\*

CAROLUS  
IV. ROM.  
IMP. BOH.  
REX & Du-  
cem Teslin-  
ensem Tu-  
torem Fila-  
rum relicta-  
rum Ducis  
Cozlenfis  
Bolconis con-  
stituisse:

om Spe Suc-  
cessionis Du-  
ci Teslinensi  
Przemislao

fed certis sub  
Conditioni-  
bus oblata

Wir Karl von GOTTES Gnaden Römischer Kayser ze allen Zeiten Meerer des Reichs und Kunig ze Behem: bekennen und thun kund öffentlich mit diesem Brieff allen den Ihn sehen- oder hören lesen: Wanne wir dem Hochgebohrnen Przymko Hertzogen von Teschen: unsern lieben Fürsten, der dreyer Kinder Hertzog Bolken von der Kozel seel. Töchter: Elsen: Offken: und Bolken: vor etlichen Jahren mit yr gemeinen Freunden Rat zum Furmund geben und gesetzt haben, und Er die Eltere Elsen mit Namen zu einer elichen künftigen Wirtinne genommen hat, und von wegen derselben freundschaft die vorgenannte Offken dem Hochgebohrnen Wenzlawen: Hertzogen von Falskenberg unsern lieben Fürsten und Bolken dem Edlen Eydenden von Martenberg auch zu elichen künftigen Wirtinne geben hat mit solchen Egeld und Morgengab als hier nachgeschriben ist, und als das mit unserm Wissen und Rath geschen ist: wann wir darannen brüfften Er und Frum derselben Kinder, so haben wir mit wolbedachten Mutte und guten Rat unseren Fürsten und Herren, die das für ein Recht funden und gesprochen haben, den vorgenannten drey Kindern von Kuniglicher Macht ze Behem Jar gegeben und geben sie Ihnen an diesem Brieff mit rechter wissen, also das sie sich verzeihen sullen und mügen des halben Theils der Stadt ze Bytum, des Hauses und Stetels Post, und des Stetels Peisfrenken und aller irer Weichbilde Herrschafft und Zugehörungen, und soll das verzeihen ganze Macht und Krafft haben als ob sie mündig weren, und wenn sie zu Jaren kommen, und unmündig werden, so sullen sie sich also derselben Dinge verziehen, und dazu verneuen so soll Hertzog Wenzlaw mit Offken Hochzeit zu haben vor S. Michels Tag, der schirst kompt über vier Jahr nach einander zu zelen an underlaz, und von dem Tag alsdeme die Hochzeit geschicht, über ander vier Jahr auch an underlaz zu zelen, soll Hertzog Przemislaw Hertzog Wenzlaw und Offken XV. C. schock grosser Prager Pfening genslich bezalen zu Morgengab, wer aber sache, das dieselbe Offke innwendig der nächsten vier Jahre stürbe, so soll Hertzog Przemislaw und sein Erben der vorgenannten Summen XV. C. Schock loz quit und ledig sin und der nicht sin nmand verbunden zu zelen, stürbe aber Hertzog Wenzlaw innwendig derselben vier Jahr, so soll man Hertzog Przemislaw sein Geshwein Offken an alle widerrede aber antworten, als einem Furmunde, auch sullen Bürger und Mann der Stadt halb zu Bythum des Hauses und Stetils Post und des Stetils Peisfrenken, und irer Weichbilde und Zugehörunge Hertzog Przemislawen und sinen Erben hulden erbecklich, als iren rechten Herren, fürbaz soll der Hochgebohrne Bolke der Eltere: Hertzog von Falskenberg: Unser lieber Fürst und Hertzog Wenzlaw sein Sun dem obgenannten Hertzog Przemislawen denselben Hertzogen von Falskenberg Vater und Sun innwendig dreyer Wochen zu zelen von dem Tag als dieser gegenwertiger Brieff geben ist, alle die obgeschriebene Sachen

gen

gen einander vollfüren, und ungewizzen beyden sitten an geverden was ieden Mann anrürte  
 zuseinem Theil, als da vor begriffen ist: Mit Urkund dis Brives versiegelt mit unsern anhan-  
 genden Innsiegeln der geben ist zu Prag nach Christi Geburt M. CCC. im Sechzig-  
 sten Jare: am S. Veits Tag: Regnor. XIII. anno Imperii VI.

restatur:  
 Prag 1360.  
 Die S. Vici.

LXXIX. Litteræ BOLCONIS I. Ducis Silesiæ in Favorem  
 Institorum Svidnicensium editæ.

In nomine DMNI Amen. Quoniam longi Tractus Temporis pariunt antiqui-  
 tatem, antiquitas oblivionem, oblivio vero rerum actarum exinanicionem, necesse est  
 igitur ut Res digna memoria scripto aut vive Vocis Testimonio futeiatur, quo canescens  
 crebrius possit Antiquitas renovari: & etiam quia rationi consonum creditur ut quod  
 omnes tangit ab omnibus unanimiter approbetur: Nos ergo BOLCO DEI Gracia Dux  
 Zlezie & Dnus in Lewnberg omnibus hanc Paginam intuentibus publice profite-  
 mur, quod attendentes pia Consideracione ac pensantes Utilitatem nre Civitatis & nrorum Ci-  
 vium in Svvidnitz, quos dileccione prosequimur singulari, animo liberrimo contuli-  
 mus ipsis edificandi in Foro XXXII. apothecas pro Institoribus in quocunque latere Thea-  
 tri voluerint liberam Facultatem: ita quod ipsi Cives nri vel Institores quicunque easdem  
 Apothecas edificaverint a Festo Walpurgis ut proxime venturo ad duos Annos habeant  
 plenariam Libertatem, quibus annisevolutis quilibet Apothecarum nrorum Civium vel  
 Institorum Annis singulis nobis solvent Censum dimidiam Marcam Argenti usualis, nec  
 ultra idem Censum augeri debet, sed easdem Apothecas ipsi Cives vel Institores liberas ab  
 omnibus possidebunt: preterea volumus, quod nulle apothece edificentur nec nobis  
 nec Civibus ultra quam prius supra expressimus manifeste & omne Jus quod habent  
 Wratlavienses apothece sive in nundinis sive extra, h. e. per totius Anni Curriculum ipsi  
 nri Cives vel Institores in eorum habeant Apothecis & in perpetuum gaudeant pleno Jure,  
 prout a nobis superius eciam exitit ordinatum: Ne autem super hanc Donacionem nram  
 in posterum aliqua dubietas emergat presentem Paginam nri Sigilli munimine duximus  
 roborandam: Actum Hirschberg Castro Anno Dmni M. CC. XCI. Prid. Kal. Febr.  
 Testes sunt Dnus Henricus Thymo: Dn. Kunemannus de Silicz, Dn. Apeczko de  
 Uloch, Johannes Scriptor, Syfridus Scriptor, Conradus Advocatus de Richmbach, Ger-  
 hardus advocatus de Svvyniczke & multi alii quos Fidei Claritas, Veritatis quoque Ydonei-  
 tas laudabili nec non decencius integritate illustrant.

Bolco I. Dux  
 Silesiæ  
 Svidnic.

Civitas  
 Svidnic.  
 XXXII.  
 Apothecas  
 Institorum  
 cum Immuni-  
 tate ad duos  
 annos conce-  
 dit.

Hirschberg:  
 1291. Prid.  
 Kal Febr.  
 Testes Equi-  
 tes & Notarii.

LXXX. Litteræ Ducis BOLCONIS I. pro Locatione  
 Civitatis Strelin.

In Nomine Dmni Amen. Quoniam universa que digne memoria retinentur non imme-  
 rito litterali Testimonio confirmantur, hinc est quod nos BOLCO DEI Gracia Dux Zle-  
 cie scire volumus universis qui presentes sunt & futuri quod ex nova Plantatione & Loca-  
 tione Civitatis nre Strelinn ipsam communimus & sibi conferimus omne Jus, quo nra  
 Civitas Svvydnitz secundum omnia Genera Officinarum, h. e. Operariorum cujuscun-  
 que Officii sint, seu Laboris ab antiquo gaudet & letatur. Ne autem super aliquo dubi-  
 um aut ambiguitas oriatur presentem Paginam nri Sigilli munimine jussimus consignari.  
 Datum per Manus Reinzkonis nri Notarii: Actum quoque in Svvydnitz anno Incarna-  
 tionis Dmni M. CC. XCIII. VIII. Id. Januarij: Indiēt. VI. Testes sunt Dns Goframus  
 de Münsterberg: Dns Ludovicus Stange: nri Milites: Conradus advocatus de Rey-  
 chenbach: Henricus de Lubania: Siffridus nr Prothonotarius & alii plures fide  
 digni.

Bolco I. Dux  
 Sil. Svidn. fese  
 Civitatem  
 Strelin eodem  
 quod Svidni-  
 cium Jure lo-  
 casse testatur:

Svidn. 1293.  
 VIII. Id. Jan.  
 Testes: Equi-  
 Silesii.

\*

LXXXI. Diploma Ducum Bernhardi : Henrici & Bolconis super Venditione Pedagii S. Thelonci quod Pedites dare solebant in Civitate Svvydnitz, Rychenbach, Vrankynstein & in Warta versus Glatz, in Strelin & in Wanfov & in Kanth pro CC. Marcis Regalium Denariorum, ut & in antiqua Terra videlicet in Lemberg & in Boleslavia ita quidem ut liberi sint in perpetuum, excepto si quis Petium in predictis Locis in Carrucis res mercimoniales traxerit, quorum Valor se extendit ultra X. Marc. regalium Denariorum, solvat Theloneum, sicut ab antiquo consuetum, Civibus Wratislav. & Svvidnicensibus : dd. Svidnicii Prid. Kal. Nov. M. CCC. Xo.

\*

Fratres Duces Sil. Svidnic. Tribulationibus Pauperum condolentes

Pedagium vendant,

plenamque Libertatem Peditibus nisi quis in Carrucis Res mercimoniales traxerit concedunt :

Svidn. 1310. prid. Kal. Nov. Testes Equites Silesii.

via. I. 381. II. 125. Ejus Conjux. I. 381. Ejus Li-  
beri. I. 381. Obiit. 1426. I. 381
- - Dux Plocensis. Filius Ziemoviti Ducis Plocen-  
sis. I. 381. Ejus Filia. I. 381
- - Dux Masovia. Filius VVladislai Ducis Plocen-  
sis. Obiit. 1462. I. 381
- - Dux Cilivienſis. I. 666. 689. Natus. 1342. I.  
666. 686
- - Ord. S. Joh. Hierosolymitani Magister. I. 666.  
691
- - Herzog zu Plocen in der Massavv. Ejus Con-  
jux. I. 697. Ejus Filia. I. 597. Obiit. 1426.  
I. 697
- ZIEROTIN. de  
- - Jan. an. 1467. I. 192
- - Johannes, an. 1477. II. 360
- ZIRLA. von der Wasserrabe, Burggraff zu Rei-  
chenbach, an. 1369. I. 868
- ZIRN. de  
- - Wenzel und } Gebrüder, an. 1360. I. 936
- Nickel. }
- - Magnus, an. 1310. I. 937
- ZIROSLAUS. (vide Zyroslaus)
- ZISCHKA. Der Böhmen Kriegs-Obrister. I. 173.  
Gestorben. 1424. I. 173. Sein Bildniß mit ei-  
ner Inscription zu sehen. I. 173
- ZYROSLAUS.  
- - I. Episcopus VVratislav. Obiit. 1120. I. 61. 64
- - II. Episcopus VVratislav. Obiit, an. 1183. I.  
61. 65

# F I N I S.



## Errata Typographica

**O**Peri huic irrepsisse fateri cogitur Auctor, Res ipsa loquitur. Leviora quæ unam vel alteram Litteram commutant Absentiæ Autoris & gravibus ex Causis interruptionis plus simplici Vice primi Voluminis Typis dabit Amicus Lector, Iniquus vero si quis & hæc corripere velit Censor, animum Malevolentia turpescens, suæ ipsius Tenuitatis immemorem, & supremam scribendi Necessitatem proder, quem vero infra invidiam esse remur. Majora tamen & quæ Lituram unius vel alterius Litteræ excedunt adesse, quæ vel Incuria Amanuensis vel Imprintentis peperit, doleo, ut

Tom.I. pag.7. lin. 45. *pro Tus lege Tres*

- p. 9. lin. 19. *pro literatus lege liberatus.*
- p. 12. lin. 8. *pro extruvit l. extruxit.*
- p. 14. lin. 35. *pro facienda l. facianda.*
- p. 27. lin. 31. *pro fratrem l. fratrem.*
- p. - - lin. 45. *pro Absafforis l. Abseifforis.*
- p. - - lin. 55. *pro conta l. contra.*
- p. 34. lin. 23. *pro manes l. inanes.*
- p. 45. lin. 10. *pro locum l. lacum.*
- p. 48. lin. 20. *pro domino l. dominio.*
- p. 67. lin. 30. *pro accepit l. accipit.*
- p. 70. lin. 25. *pro per l. in.*
- p. 72. lin. 11. *pro Suecia l. Suevia.*
- p. 79. lin. 41. *pro falmen l. fulmen.*
- p. 87. lin. 52. *pro eristis l. eritis.*
- p. 94. lin. 31. *pro fugibus l. frugibus.*
- p. 96. lin. 30. *pro fugum l. fugam.*
- p. 101. lin. 11. *pro saquatur l. sequatur.*
- p. 129. lin. 10. *pro 95. Ellen l. 55. Ell.*
- p. 153. lin. 14. *pro grenitus l. grenitiis.*
- p. 181. lin. 9. *pro privatis l. pravitatis.*
- p. 217. lin. 31. *pro Thruzo l. Thurzo.*
- p. 233. lin. 28. *pro swarg l. ward.*
- p. 259. lin. 14. *pro fobole l. sobole.*
- p. - - lin. 19. *pro impullus l. impulsus.*
- p. 261. lin. 21. *pro couinivit l. counivit.*
- p. 262. lin. 30. *pro Tetutas l. tenutas.*
- p. 272. l. 3. *pro dovolutum l. devolutum.*
- p. 275. lin. 53. *pro occidente l. oriente.*
- p. - - lin. 55. *pro Tactaris l. Tartaris.*
- p. 280. lin. 48. *pro Caroli IV. l. Caroli V.*
- p. 284. lin. 7. *pro Exitus l. Exortus.*
- p. 290. lin. 54. *pro destiueri l. destinari.*
- p. 294. lin. 28. *pro Baraviæ l. Baviaræ.*
- p. 296. lin. 1. *pro Flagellonis l. Jagellonis.*
- p. 303. lin. 54. *pro Navatio l. narratio.*
- p. 306. lin. 44. *pro altria l. atria.*
- p. 314. lin. 11. *pro SOSOR l. SOROR.*
- p. 315. lin. 41. *pro memotatam l. memoratam.*
- p. 316. l. penult. *pro novabant l. navabant.*
- p. 324. lin. 22. *pro dilantandi l. dilatandi.*

Tom. I. p. 324. lin. 25. *pro ferit l. fecit.*

- p. 344. lin. 48. *pro parcere l. parare.*
- p. 358. lin. *quibusdam pro Dacia l. Dania.*
- p. 374. lin. 24. *pro distinctu l. districtu.*
- p. 391. lin. 11. *pro mutilati l. mutilati.*
- p. 411. lin. 94. *pro facta l. facta.*
- p. 439. lin. ult. *pro libertat l. liberat.*
- p. 453. lin. 28. *pro sublemati l. sublimati.*
- p. 454. lin. 33. *pro oblibus l. oblitus.*
- p. 458. lin. 9. *pro Gregoræ l. Gregorii.*
- p. 460. lin. ult. *pro minirum l. nimirum.*
- p. 461. lin. 21. *pro medestia l. modestia.*
- p. 480. lin. 28. *pro EXPLICIT l. Explicita.*
- p. 651. l. antepen. *pro beneficia l. benefica.*
- p. 665. l. 6. *pro Krutzbachio l. Kurtzbachio.*
- p. 676. lin. 4. *pro initio l. inito.*
- p. 678. lin. 48. *pro temerate l. temerare.*

Tom. II. p. 11. lin. 34. *pro ducent l. ducens.*

- p. 19. lin. 6. *pro vetutissimis l. vetustissimis.*
- p. 20. lin. 18. *pro Agermann l. a Germann.*
- p. 21. lin. 20. *pro ponforcia l. consortia.*
- p. - - lin. 43. *pro nomeo l. nomen.*
- p. 22. lin. 13. *pro libertatis l. liberalitatis.*
- p. - - lin. 20. *pro construxerant l. construxerat.*
- p. 23. lin. 18. *pro preotunc l. pro tunc.*
- p. 24. lin. 32. *pro pordent l. possident.*
- p. 25. lin. 11. *pro mensuarum l. mensuram.*
- p. - - lin. 37. *pro amonicionem l. admonitionem.*
- p. 27. lin. 17. *pro feracitate l. ferocitate.*
- p. - - lin. 29. *post nolebant l. uti.*
- p. - - lin. 39. *pro servusque l. servosque.*
- p. 28. lin. 43. *pro fame l. fama.*
- p. 29. lin. 39. *pro filios l. filius.*
- p. 31. lin. 36. *pro solito l. solitos.*
- p. 32. lin. 42. *pro ingeditur l. ingreditur.*
- p. - - lin. 52. *pro obsequiose l. obsequio.*
- p. 33. lin. 5. *pro volneris l. vulneris.*
- p. 35. lin. 25. *pro Pietasevertit l. pietas evertit.*
- p. 42. lin. 12. *pro confluit l. confixit.*

(a)

Tom.



Tom. II. pag. 42. lin. 22. *pro diu in vine dicte l. di-  
vine vindicte.*

- p. 43. lin. 28. *pro fama l. fame.*
- p. 44. lin. 5. *pro contigua l. contigua.*
- p. - - lin. 17. *pro ultra l. ultro.*
- p. 45. lin. 54. *pro fine l. fivē.*
- p. 47. lin. 36. *pro nuncicorum l. nuncio-  
rum.*
- p. 48. lin. 1. *pro teste l. testa.*
- p. - - lin. 38. *pro nunc l. non.*
- p. 50. lin. 18. *pro dolet l. doletur.*
- p. 62. lin. 6. *pro spote l. sponte.*
- p. 65. lin. 5. *pro & l. ut.*
- p. - - lin. 6. *pro ut l. &*
- p. 70. lin. ult. *pro matunis l. marutinis.*
- p. 76. lin. 42. *pro dicati l. ditati.*
- p. 77. lin. 26. *pro sartophagum l. sarco-  
phagum.*
- p. 80. lin. 54. *pro cecidit l. cecidit.*
- p. 84. lin. 32. *post libertatis l. afflikerat.*
- p. 88. lin. 13. *pro respectum l. respec-  
tum.*
- p. 89. lin. 35. *pro amituo l. amitino.*
- p. 101. lin. 24. *pro consilium l. cum filium.*
- p. 102. lin. ult. *pro mallatenus l. nullatenus.*
- p. 105. lin. 8. *pro uluvatum l. ululatum.*
- p. 117. lin. penult. *pro aderebant l. aderant.*
- p. - - lin. ult. *pro interempta l. interem-  
ptum.*
- p. 126. lin. 56. *pro mivium l. mirum.*
- p. - - lin. 57. *pro grannidem l. tyrannidem.*
- p. 143. lin. 46. *pro venientes l. venientes.*
- p. 148. lin. 21. *pro natura l. iactura.*
- p. 154. lin. 37. *pro defuncte l. defuncto.*
- p. 179. lin. 13. *pro petio l. petito.*
- p. 182. lin. 28. *pro scutimo l. scrutinio.*
- p. 185. lin. 34. *pro habeat l. habebat.*
- p. 196. lin. 1. *pro madno l. magno.*
- p. 198. lin. 45. *pro qaum l. quam.*
- p. 200. lin. 13. *pro hospipitalis l. hospi-  
talis.*
- p. 201. lin. 21. *pro puffaros l. passuiros.*
- p. 208. lin. 13. *pro abto l. ablato.*
- p. 213. lin. 55. *pro oppugnadam l. oppu-  
gnandam.*
- p. 215. lin. 10. *pro sumpta l. sumptu.*
- p. - - lin. 52. *pro debiutn l. debitum.*
- p. 230. lin. 23. *pro ad l. ab.*
- p. 235. lin. 40. *pro Monoreachiam l. Mo-  
nomachiam.*
- p. 245. lin. 33. *pro curanda l. curandis.*
- p. - - lin. 48. *pro percursores l. percussores.*
- p. 264. lin. 2. *pro plateos l. plateas.*
- p. 265. lin. 49. *pro se moribus l. femori-  
bus.*
- p. 267. lin. 1. *pro xquo l. equo.*
- p. 275. lin. 29. *pro ludis l. lucis.*
- p. 276. lin. 1. *pro quiritari l. querelari.*
- p. 282. lin. 11. *pro beneficio l. benefico.*

Tom. II. pag. 284. lin. 55. *pro decedentibus l.  
decedentibus.*

- p. 287. lin. 9. *pro nasculorum l. ma-  
sculorum.*
  - p. 288. lin. 19. *pro a pertinent l. ac pertinent.*
  - p. 293. lin. 2. *pro infeudationem l. infeu-  
dationem.*
  - p. - lin. 39. *pro interdum l. interdiu.*
  - p. 301. lin. - - *pro adjugendo l. adjun-  
gendo.*
  - p. 302. lin. 6. *pro annus l. annos.*
  - p. 312. lin. 35. *pro ausu l. ausu.*
  - p. 313. lin. 9. *pro msit l. misit.*
  - p. 315. lin. 25. *pro impressionem l. ingres-  
sionem.*
  - p. 334. lin. 38. *pro fidissimo l. fidelissimo.*
  - p. 338. lin. 31. *pro Ladikaus l. Ladislaus.*
  - p. 340. lin. 15. *pro pincipum l. Principum.*
  - p. 344. lin. 24. *pro excommunicatus l. ex-  
communicatas.*
  - p. 350. lin. 8. *pro propressus l. progressus.*
  - p. - - lin. 30. *pro curritus l. curribus.*
  - p. 351. lin. 19. *pro passis l. passus.*
  - p. 352. lin. 51. *pro utra l. ultra.*
  - p. 353. lin. 15. *pro compartatarum l. com-  
paratarum.*
  - p. 357. lin. 53. *pro fraudes l. frondes.*
  - p. 358. lin. 37. *pro a desistendum l. ad des-  
istendum.*
  - p. - - lin. 50. *post cui l. ob.*
  - p. 363. lin. 21. *pro composium l. composi-  
tum.*
  - p. 369. lin. 18. *pro eadem l. easdem.*
  - p. 384. lin. 19. *pro culcitæ l. culcitæ.*
  - p. 389. lin. 25. *pro iudicium l. indicium.*
  - p. 398. lin. 36. *pro Patres l. partes.*
  - p. 402. lin. 9. *pro fidem l. fidam.*
  - p. 407. lin. 4. *pro principue l. principe.*
  - p. 409. lin. 53. *pro 1526. l. 1530.*
  - p. 414. lin. 55. *pro venari l. venerari.*
  - p. 415. lin. 48. *pro interufarium l. interu-  
furium.*
  - p. 444. lin. 15. *pro exitium l. exitum.*
  - p. 446. lin. ult. *pro benficum l. beneficium.*
  - p. 452. lin. 36. *pro dandem l. dandam.*
  - p. 459. lin. 46. *pro Trajano l. Trojano.*
  - p. 469. lin. 13. *pro conferendis l. confe-  
rendis.*
  - p. - - lin. 25. *pro saus l. salus.*
  - p. 477. lin. 39. *pro venationibus l. vene-  
nationibus.*
  - p. 482. lin. 59. *pro nuncuam l. nunquam.*
- Tom. III. p. 6. lin. 2. *pro 1029. l. 1079.*
- p. - - lin. 14. *pro commendatum l. com-  
mendatus.*
  - p. 7. lin. 47. *pro An l. Eum.*
  - p. 9. lin. 12. *post Henrici Pii l. F. qui & anno  
1256. Episcopum captivum abduxit.*
  - p. 13. lin. 21. *pro secuta l. secula.*

Tom. III.

Tom III. pag. 19. lin. 6. *pro* ponis / bonis.


- p. 21. lin. 17. *pro* speravit / superavit.
- p. 23. lin. 8. *pro* Oracoviensi / Cracoviensi.
- p. 25. lin. 10. *pro* familias / familia
- p. 30. lin. 7. *pro* auxilia us / auxiliatus.
- p. 34. lin. 15 *pro* prepositos / prepositus.
- p. 40. lin. 39. *pro* districtus / districtu.
- p. -- lin. 47. *pro* persentis / presentis.
- p. 41. lin. 19. *pro* lentiones / Intentiones.
- p. 42. lin. 13. *pro* attende / attente.
- p. 44. lin. 6. *post* pro / Episcopatu.
- p. 46. lin. 26. *pro* precupiendo / precipiendo.
- p. 47. lin. 42. *pro* & / est.
- p. 51 lin. ult. *pro* Cantori / Cantoris.
- p. 52. lin. 32. *pro* arcis / areis.
- p. 53. lin. 13. *pro* Creaturis / Creatoris.
- p. 54. lin. 44. *pro* locum / eorum.
- p. 55. lin. 22. *pro* Raleenau / Rabenau.
- p. 57. lin. 42. *pro* wen / wer.
- p. 62. lin. 2. *pro* Ducis / Duces.
- p. 75. lin. 3. *pro* Dominum / Dominium.
- p. 77. lin. 43. *pro* hahituri / habituri.
- p. -- lin. 39. *pro* LXVII. / LXVIII.
- p. 78. lin. 31. *pro* proprius / propius.
- p. -- lin. 47 *pro* putabit / pntabit.
- p. 79. lin. 3. *pro* Colnobio / Coenobio.
- p. 82. lin. 21. *pro* facturum / factum.
- p. 83. lin. 21. *pro* Dnos / Dnus.
- p. 87. lin. 44 *pro* Pnnpbis / Pnnpibus.
- p. 88. lin. 36. *pro* unmmündig / nu mündig.
- p. 90. lin. 17. *pro* provenire / pravenire.

Tom. III. pag. 102. lin. 8. *pro* emtuo / mutuo.

- p. 106. lin. 7. *pro* furtino / furtim.
- p. 111. lin. 1. *pro* dum / possidendum.
- p. 113. lin. 34. nach Herſoa / Conrad.
- p. 120. lin. 21. in marg. *pro* 1670. / 1370
- p. 125. lin. 41. *pro* filiabres / filiabus.
- p. 135. lin. 35. *pro* ydonerum / ydoneorum.
- p. 139. lin. 38. *pro* pacifie / pacifice.
- p. 142. lin. 48. in marg. *pro* Promniz / Prufniz.
- p. 147. lin. 42. *pro* lic / fi.
- p. 148. lin. 37. *pro* Raltro / roſtro.
- p. 163. lin. ſetze Gottſche III. unter Gottſche. II.
- p. 177. lin. 43. *pro* häufflich / käufflich.
- p. 190. lin. 45. *pro* Sache / Ehe.
- p. 191. lin. 30. *pro* Gnaden / Gnaden-Sonne.
- p. 192. lin. 17. *pro* davon / dafern.
- p. 202. lin. 8. *pro* Deutschland / Deuſchend.
- p. 215. lin. 1. *pro* vid. p. 1031. / vid. p. 201.
- p. 228. lin. 40. *pro* 32. Jahre. / 23. Jahre.
- p. 247. lin. *pro* Dahnauſche / Donaiſche.
- p. 272. lin. 1. *pro* VI. Stamt. / IV. Stamm-Taſſel.
- p. 281. lin. 26. *pro* Geſellſchafts / Geſchlechts.
- p. 286. lin. 37. *pro* affectum / affectum.
- p. 306. lin. 37. *pro* mange / mage.
- p. 319. lin. 1. *pro* A. / B.

Scriptorum aliquot vetustiorum ex illis quos edere licuit, Codices MSStos partim præstantiores nostris, partim v. g. Johannis autographum indagare licuit, hinc nobis ipsis integrum sit Sensum quandoque vel interruptum vel Ordinem Chronologicum (quem ab Autore Codicis vel Amanuensis Manu omisum, nostra inferere Audacia non Prudentia fuisset) supplendi, si de enumerandis Ordine Chronologico Gentis nostræ rebus, Systemate per Lemmata probanda descripto, Fide tum hujus nostræ Collectionis tum aliorum Annalium, largaque Diplomatum nec in nostris adhuc Voluminibus obviatorum Segete agere DEUS & Dies concesserint. Eo quoque Tabulis Genealogicis Ducum Silesiæ imprimis quæ REGIAM PIASTEAM GENTEM & BRZEMISLAI OTTOCARI BOHEMIÆ REGIS POSTEROS. oppavienſes & Ratiborienſes Duces Vol. I. exhibuerunt, novam afferre Lucem constitutum est, dum cumulatus ad annorum Seriem eorum Res Domi Forisque gestas exponere, Annalium ab Autoribus maxime coævis confectorum Fide firmare, & quo unius cujusvis anno Occasus contigerit, de Liberos Numero Monumentorum quæ nullo modo depravari possunt Fide agere nostrarum erit Partium; hisce enim Tabulis nostris Genealogicis Vol. I. insertis non omnes singulorum Res describere sed nomina solum & Seriem haud interruptam ab Interitu vindicare & quibusdam assertionibus probare Instituti permisit Ratio, hoc vero adornando Systemate dum totius Silesiæ Res, vernaculæ Linguæ Eloquio, barbararum Vocum inspergendarum haud indigæ, per Lemmata enumerare, & non nisi optimorum Monumentorum Concentu firmare & defendere Animus est, omnium Silesiæ Ducum præ cæteris vero Caput Familiae Res ad Annorum Seriem gestæ, describendæ & ab Interitu revocandæ occurrunt, cumque Votis nostris & Precibusquæ sub Finem Præfationis nostræ Vol. II. exstant, locum nunc relictum esse non uno Exemplo cognoscere inque Sinu gaudere liceat, confido, me Glogovienſium Ducum, inter quos tot Hen-

rici, olsnensium inter quos tot Conradi, Bregensium denique & omnium superioris Si-  
 lesiæ, Seriem, Vitas, Matrimonia, Liberos, luculentiorum in Aspectum prolatu-  
 rum. Quæ de Dynastiæ Silesiæ liberarum Wartembergensis & Milicensis Finibus  
 Vol. I. p. 273. dicta sunt, mutata ad finem Vol. II. leguntur, quam veram de illis  
 Sententiam hoc Vol. III. repetii cum **LIBERORUM SILESIAE BARONUM**  
 Nomina in novum quasi atrium collocarem. Breslographiam Renovatam Ill. Hene-  
 lii huic Vol. me inferere velle promississe recordor, aderant MSSi Codices duo, ipsi-  
 us Autoris, Celeberrimi quoque Viri: Martini Hanckii Accessiones, nec curta qui-  
 bus observationes an annum usque præsentem augere poteram Supellex, dissuaserunt  
 tamen Progressus hosce in Lucem Rationes aliæ graviores, nostroque Museo ita ad-  
 ornatum Codicem servandum jusserunt. Hæc cum ad Exitum perducerem Volumina,  
 quibus Scriptores quosdam, adhuc ineditos, eorumve excerpta, Diplomata plu-  
 ra, & alia Rei nostræ Historiæ ac Genealogiæ inservientia Monumenta collegi & in  
 publicam Lucem **PROUT VENIA EXORATA LICUIT** dedi, monere A.  
 L. volui; duxi Lineas, quibus junctæ aliæ plures Lemmata consistere possent Rerum  
 apud nos gestarum Seriem continuam conficienda, firmissimisque munienda Præsi-  
 diis: perfectum ergo hoc Labore opus me exadificasse nunquam persuasum habui, nec  
 his in Paginis me professum memini, sed revocare aut cohibere me ab Incepto haud  
 potuit appropinquantis forte iniqui Censoris Umbra, quod exiguum tamen Patriæ  
 utilitatem præbere hosce meos Conatus perciperem: me plura ad invidum si  
 quis forte sese obtruserit Lectorem verba similem ob Causam Mar-  
 tialis Lib. II Epigram. VIII. fecit.





# CORONIDEM

hanc

nostris Scriptorum Rerum Silesiacarum Voluminibus imponere jubet  
Diplomatum adhuc ineditorum Affluentia:

SPECIMINIS loco

qualem a nobis Ordine Chronologico Annalium more suscipiendam pleniorē Enarrationem Rerum Gestarum & Familiarum DVCVM SILESIAE expectare DEO DUCE Lector Amicus possit.

\*

Ad TAB. I. GENEALOG. Tom. I. Script. nostror.

Quæ Ducum SILESIAE WRATISLAVIENSIVM PIASTEA GENTE oriundorum Seriem listit.

No. 48. Errorem Typographi, qui Bolconis I. Ducis Silesiæ SVIDNICENSIS annum mortis 1304. posuit, vel transeundo notamus, ad Tab. enim III. p. 386. & 391 expressis Verbis & Numeris eum an. 1303 decessisse scriptum est.

Ad TAB. II. Genealog. I. c.

Quæ Ducum SILESIAE GLOGOVIENSIVM & SAGANENSIVM Progeniem PIASTI Posteror listit.

Me Ducum Henricorum (quo nomine tot Glogovienſes veniunt) ac utriusque Johannis Saganensium Ducum, cujus Imi Vitam ultra Terminum a Pohlio in Annal. Wratislav. ad an. 1439. præfixum, (loco ad no. 36. Tabulæ hujus allato) sese porrigere edoctus sum, Res & Gentem larga Diplomatum præstantissimorum Serie & adhuc ineditorum fide enumerare velle spondeo.

Ad TAB. III. Genealog. I. c.

quæ DUCUM SILESIAE OLSNENSIVM PIASTEORUM Stemma exhibet.

No. 5. affirmandum est, CONRADUM II. DUCEM non alio quam anno 1403. & die quidem II. Junii diem suum obiisse, Testimonio Inscriptionis Sepulchralis, in Cœnobio Trebnicensi adhuc extantis, quæ nec recentior, nec mutanda, Dlugoffus vero dum ad an. 1409. Conradi antiqui mentionem injecit, vel Conradum I. Album, (amanuensium vicio antiquum pro albo scriptum) vel eum qui κατ'ἑξοχήν Senior dictus, & Episcopus postea Wratislaviensis electus, nulla ratione vero Tertius in Ordine Conradorum est, intellexit.

No. 10. 13. 16 19. & 20. five de Tot Conradis IV. V. VI. VII. VIII. specialiter & copiose allatis de an. 1403. ad annum 1492. Diplomatibus adhuc ineditis agam, atque de Conrado Seniore an. 1416. Administratore Ducatus Bregensis, de duobus Conradis Nigris, de Conrado Wohlavienſi, de Conrado Decano, & de Conrado Teutonici Ord. Equite ad annorum quo quisque defunctus Seriem differam cumulatius, & quibus singuli Locis adscribendi tradam, sit Speciminis loco Titulus Ducis Olsnensis in Masoviæ Ducatum Connubii Causa acquisitus, quod Conradus, cum MARGARETHA Ziemoviti Ducis Masoviæ F. unica contraxit, qui CONRADUS Olsnæ sedem habuit, & uti loquimur Princeps Regens extitit, quis in ordine ille sit, contra

(b)

tra

tra ea quæ Dlugoffus lib. XIII. ad an. 1465. edidit, tradam Diplomatum quorundam summa saltim edere liceat Capita Cod. nostri MSti Verbis:

„CONRADUS D. G. DUX ZLEZIE: Dnus OLSNIEZENSIS nomine Dne „MARGARETHÆ DNI olim Ziemoviti Ducis Masoviæ & Russiæ Vnicæ Filiæ: Confor- „tis vero suæ: mediantibus Oratoribus Dmni Georgii Regis Bohemiæ cedit Casimiro Re- „gi Terris Gostinenfi & Ravenfi in Masovia & Belzenfi in Russia: nec non omni Jure, „quod sibi in futurum ad infra-scriptas Terras Plocensem Wisnensem & Sochacoviensem „competere videretur: Idemque recognoscit se nomine Dotis a præfato Dno Casimiro „Rege XXIII. Florenor. Hungaric. recepisse: Datum Calisii Sabbatho ante S. Hedvvigis „Anno DMNI M.CCCC.LXV.

„Jodocus Episc. Wratislav. & Wilhelmus Junior de Rozemberg nomine Geor- „gii Regis Bohemiæ Domini sui inter Casimirum Regem Poloniæ ex una & CON- „RADUM DUCEM OLSNICENSEM & MARGARETHAM IPSIUS CON- „SORTEM ex altera Partibus Mediatores recognoscunt certam factam esse inter eas- „dem Partes Occasione Terrarum & Dominiorum per Prædecessores MARGARETHÆ „DUCISSÆ MASOVIÆ derelictorum Concordiam, atque Litteras tam ipsius Ducis, „quam MARGARETHÆ Consortis ipsius super ea re Confectas Litteris suis in- „runt: Datum Wratislav. Sabbatho post S. Luciæ Anno DMNI M.CCCC.LXV.

„DNA MARGARETHA prædicta Ducissa approbat eandem Confirmationem „specialibus Litteris suis Datum Poznaniæ fer. III. in Crastino SS. Simonis & Judæ, Ao. „DMNI M.CCCC.LXL.

„Casimirus Rex Poloniæ obligat se soluturum prædicto Conrado Duci Silesiæ XX.M. „flore. Hungaric. ad certos Terminos in eodem Privilegio specificatos sub vadio simili & „sub nonnullis appositis ratione Dotis prædictam MARGARETHAM concernentes & „ratione prædicti Juris in Ducatum Masoviæ per eandem sibi cessi: Calisii Datum Sabbat. „ante festum S. Hedvvigis Ao. DMNI MCCCC.LXV.

„MARGARETHA DUCISSA cedit Casimiro Regi de omni Jure in Terris Maso- „viæ Gostinenfi Ravenfi ac Belzenfi in Russia sibi post Patrem nec non in Terris Plocensi „Wisnensi, Zavrzenfi, Plonenfi, Sochacoviensi post Patruos ad se quoquomodo spectanti- „bus: Calisii in die S. Hedvvigis Ao. DMNI MCCCC.LXV.

Sequuntur XV. aliæ Litteræ ad idem Negotium spectantes, ultimarum hæc Inscri- ptio:

„CONRADUS D. G. DUX ZLEZIE DNS. OLSNICZENSIS ET „KOCZLENSIS cum MARGARETHA CONJUGE Sua recognoscunt sibi persoluta „esse pro ultima rata III. M. Florenor. Hungaric. ac proinde Regem Casimirum de inte- „gra Summa XX. M. Florenor. Hungaric. persoluta quietant & liberum faciunt: Datum „Poznaniæ ipso Die S. Jacobi Apostoli Ao. DMNI M.CCCC.LXX.III.

#### TAB. IV. GENEALOG. I. c.

Quæ DUCES SILESIE SUIDNICENSES, JAVORIENSES ET MON- STERBERGENSES Piaſſi Posteris exhibet:

No. 2. BEATRIX: Bolconis I. Ducis Suidnicensis Conjux: an Ottonis Longi March. Brandenb. Filia fuerit dubitare jubet sequ. Diplom. Testimonium, quo hunc qui- dem Marchionem Brandenburgensem se inter & Filios Arbitrum fuisse probat, haud vero Patrem esse demonstrat, quod filere vix debuisset Filia:

In nomine DMNI amen. Nos BEATRIX D. G. DUCISSA ZLEZIE ET DNA DE VÜRSTENBERCH: notum esse volumus universis - - - quod cum super Discussionem Diffensionis Dotalitii, quod inter nos ex Parte una & *heredes nros caris-*

*carissimos Dnm Bernhardum & Bolconem* ex altera vertebatur in Illustrē Principem Dnm. scilicet OTTONEM MARCHIONEM BRANDENBURGENSEM alternatim consensimus: Idem Dns Otto omnibus & singulis sagaciter trutinatis & consideratis nobis adjudicando invenit, ut quandoquidem post Obitum MARITI NRI CARISSIMI, DNI inquam DUCIS BOLCKONIS, cujus memoria sit in Benedictione nris Denariis - - - Cum igitur ad Capellam Castri in Strzegonia quam nris Denariis ædificari fecimus & ad ipsam ædificatam X. marcas Redituum annis singulis contulimus - - - Sanctimonialibus Clauſtri in Strigonia cujus Clauſtri Foundationis Causa & Exordium sumus - - - Datum in Strigonia Ao. DNI M. CCC. VIII. in Vigilia S. Mathæi.

Duces quoque Bolconis I. relictī Filii minoris ætatis, non Ottonem Longum, sed Gebhardum (forte Hackenbornium) avunculum nuncupant auctoritate Litterarum sequentium:

In nomine DMNI Amen. Nos Bernhardus & Henricus D.G. Duces Zlezic & Dni de Vürſtenberch notum esse volumus universis tam præsentibus quam futuris ad quos præfens scriptum pervenerit, quod Sanctimonialibus Clauſtri in Strigonia apud Avunculum nrum dilectum Dnm Gebhardum \* de - - - cum villa quæ Pfaffendorff nuncupatur apud Strigoniam XIII. marc. - - - emptione vero facta idem Dns Gebhardus Avunculus nr. dilectus ad nrām Præſenciam veniens - - - actum in Svvidnitz Ao. Dni 1310. d. 24. Martii.

\* Codex MStus qui Copiam harum Litterarum prodit nomen gentilitium rudi Calamo exprimit: Quinochéo: nos in Originali (quod omni Solertia indagare nostrarum erit Partium) aliud extare haud dubitamus.

Sequentis porro Diplomatis Auctoritate compertum est, BEATRICEN hanc, forte Hackenborniam, non vero Brandenburgicam, ad secunda Vota Bolcone I. defuncto transiisse, & Coslensem Silesiæ Ducem duxisse, qui si Synchronismi Rationem habeas, non alius quam Wladizlaus Dux Silesiæ Coslensis est, de quo no. 20. ad Tab. nostram Genealog. VI. diximus, cujus & Filiarum una nomen Beatricis fert:

In nomine DMNI Amen. Nos Bernhardus Henricus & Bolco D. G. Duces Zlezic & Dni de Vürſtenberch recognoscimus & Tenore presentium publice protestamur, quod BEATRIX D. G. DUCISSA QVONDAM ZLEZIE, sed modo DUCISSA KOZLENSIS: MATER NRA KARISSIMA: Clauſtro Sanctimonialium in Strigonia de novo per eam ædificato & constructo bona suis Denariis emta & comparata, videlicet duo Molendina ante Civitatem Strigoniensem & unam Piscinam nec non in Stanovvitz XIII. Mansos cum dimidio: Item in Halbendorff VI. mansos cum dimidio: in Cirila vero IV. magnos Mansos contulit rite & rationabiliter donavit Jure hereditario & libere ab omnibus obventionibus Angariis & Perangariis qualibuscunque etiam Nominibus censentur perpetuo possidenda in quibus predictis bonis nos omnia & singula Ducis si quæ sunt vel fuerunt vel esse poterunt irritavimus cassavimus & penitus revocavimus sicut patet per Instrumenta super predicta Libertate in Bonis prehabitis specialiter per nos data: Nos vero volentes predicto Clauſtro Sanctimonialium in Strigonia facere gratiam ampliorem in Remissionem Peccaminum Patris nri KARISSIMI DUCIS BOLCONIS cujus Memoria sit Beata, & ob Salutem Carissimarum Animarum Predecessorum nrorum concedimus & donamus predicto Clauſtro Jus Patronatus Ecclesiæ in nova Ecclesia circa Schönau quod ad nos de Jure dignoscitur pertinere Jure perpetuo possidendum: Hanc vero gratiam Donationem & Collationem Juris Patronatus Ecclesiæ præfate cum aliis Beneficiis pernarratis ipsis Sanctimonialibus in Strigonia damus *nostris puerilibus Annis* pro certis datis & concessis eximi cum Domini vero Gracia opitulante ad annos magis discretos maturos pervenimus & adultos attendentes quod multum bonum inde resurgat ratam gratam & inviolabilem observamus. Ne igitur MATRIS NRE KARISSIME predictorum nrorum Bonorum



Donacionem & nram cum Jure Patronatus memorate Eccle nove nec non Libertatibus eorundem bonorum Confirmationem impofterum aliquis prefumat vel audeat impedire prefentem Paginam nrorum Sigillorum Appenfione jufimus roborari. Actum & Datum Stregon XVII. Kal. Aug. Ao. DNI M.CCC. XV. Prefentibus honorabilibus Conrado de Czirn Thymone de Cunone Wenczlao de Zylicz Henrico Byr Apeczcone de Viltron nris Militibus: Item Ruperto Unnogis Hartmanno de Corone Henrico de Dychmannsdorff, Bernhardo de Sydlitz: Hermanno de Czedlitz: Diprando de Reibnitz: Dno Jacobo nro Capellano & aliis fide dignis.

Ad No. 12. 13. & 14. *Bernhardo* DUCI SILESIE SVIDNICENSI Tres Filias tribuimus, Quartam nunc addimus

CATHERINAM, Conjugem alteram BOLESLAI III. DUCIS SILESIE Lignicenf. & Bregenfis, quam allata ad no. 3. Tab. noftræ Genealog. V. Scriptorum Testimonia, Croacia oriundam fuiſſe dicunt, ni forte tres Uxores Dux Boleslaus III. duxerit: Denottra hac, Catherina Suidnicenfi Dux Frater BOLCO II. ita teſtatur:

Nos Bolco D. G. Dux Zlezie Dns de Vürſtenberch in Suidnitz & in Brega harum Serie Litterarum recognoscimus univerſis quod conſiderata Fidelitatis Conſtantia fidelis nri & dilecti Hynconis de Lichtenberg & ad ipſius votivæ Supplicationis Instantiam Contractum Venditionis & Emptionis inter ipſum Parte ex una & Dnam dictam Prevvdelyne parte ex altera in villa Pampiz Diſtrictus nri Bregenſis olim coram ILLUSTRIS ET PRECLARE DMNE KATHERINE FELICIS RECORDACIONIS DUCISSE BREGENSIS SORORIS NOSTRE KARISSIME prefencia celebratum juxta continentiam & Vigorem Littere ſue deſuper edite & confeſte ratificamus & prefentis Scripti Patrocinio in omnibus ſuis Clauſulis Punctis & articulis confirmamus harum Testimonio Litterarum quibus nrum ſigillum prefentibus eſt appenſum in Evidentiam & Certitudinem clariorem. Dat. Wratizlav. in die S. Andreæ Apli Ao DMNI M.CCC.LVIII.

Ad No. 7. BOLCONEM II. Ducem Sileſiæ Suidnicenſem an. quidem 1368. non vero Julio Menſe, ſed jam ante Dominicam: Miſericordias Domini: Diem ſuum obiſſe Diplomatum Fide affirmare licet.

#### AD TAB. V. GENEALOGIC.

quæ DUCES SILESIE LYGIO - BREGENSES PIASTI Poſteros fiſtit.

No. 3. CATHERINAM: quam ad Tab. anteced. IV. no. 14. BERNHARDI Glorioſi Ducis Suidn. Filiam fuiſſe probavimus, Matrem LVDOVICI I. DUCIS Sileſiæ Bregenſis fuiſſe ſequ. Diplom. Auctoritate eluceſcit.

In nomine DMNI Amen. Nos Ludvvicus D. G. Dux Zlezie & Dns Bregenſ. Legnicenf. & Lubinenſ. Univerſis & ſingulis prefentes intuentibus volumus publice fore notum quod ad devotarum Precum Instantiam honeſti Viri Hynckonis de Lichtenberg Civis Wrat. tres cum dimidio Manſos cenſuales in Pampiz nri Bregenſ. Diſtrictus, quos ab honeſta Dna Elyzabeth relicta quondam Nicolai Prevvdlonis & ſuis Pueris racionabiliter emit prout Littere INCLYTE DMNE KATHERINE OLIM DUCISSE BREGENSIS NRE MATRIS CARISSIME PIE RECOLENDE MEMORIE deſuper confeſte atteſtaantur cum Hynconi ſuiſque heredibus & pro ſpeciali gracia tam Filiabus quam Filiis damus & conferimus cum Jure & Dominio ut in eiſdem litteris lucidius exprimitur, nris Juribus Ducalibus & Exactionibus in eiſdem nobis reſervatis & ut cum Tribus Talentis Piperis minus Trium Florenorum Ponderis quolibet B. Michaëlis feſto dandis nobis deferantur, in perpetuum Jure hereditario poſſidendos, vendendos, dandos, permutandos & in Uſus placitos convertendos. In cujus Rei Testimonium prefentes fieri juſſimus & nri Sigilli Munimine roborari: Datum Brege in octava Nativ. MARIE VIRGINIS GLORIOSE: Ao. M.CCC.LVIII. Prefentibus nris fidelibus Ulrico de Wanginzen Milite, Henrico de Rechnberg, Fridrico de Sultz, Hanckone de Reſchiz, Niccone

cone Pakusch, Theodrico de Posern, & Joanne nro Notario, qui presencia habuit in commissis.

Eadem CATHERINA: Duc. Zlezie & Dna Bregens. confirmat Capitulo Bregensi supremum Jus in Piskeravv. Wratislav. Ao. DMNI M.CCC.LII. Kal. Septembr.

BOLESLAUS (III.) D. G. Dux Slezie & Dns Legnic. & Bregens. cum Consensu KATHERINE CONTHORALIS SUE: GENEROSE DUCISSE: vendidit unum mansum liberum Hanckoni, Godeyn: Jure feodali. Wratislav. fer. VI. ante Dncam Quadr. Oculi A. D. M. CCC.LI.

No. 13. & 14. LUDOVICUM I. Ducem Silesiæ Bregensem Agneten Henrici IV. Ducis Glogovienfis Filiam, Uxorem duxisse probamus, sed & Sororium Karissimum Semovitus Dux Teschinenfis: Prior Bohem. Ord. S. JOHANN. HIERSOLYMITANI Ao. 1379. dixit, quod qua ratione factum, suo loco indagare nostrarum erit Partium: Ita vero loquitur Ziemovitus:

Nos Ziemovitus DEI GRACIA Dux Teschinenfis: Prior Bohemie Ord. S. JOANNIS HOSPITALIS HIERSOLYMITANI: Universis & singulis presentes intuentibus volumus publice fore notum, qualiter Venerabilis Frater Jeschko de Svereticz Felicis Memorie quondam Generalis Prior prætacti Bohemiæ Prioratus Prædecessor nr Charissimus de expresso Consensu & assensu ac plena ratihabitione omnium Confratrum Ordinis nri predicti & precipue Commendarum Domorum subscriptarum videlicet Henslini de Sytravia: Comptoris in Brega: Jeskonis in Tyncia, Benesii in Lichtenau: Befendi in Stregonia: & Petri in Goldberg: concorditer consentientium atque etiam unanimiter consentientibus Domorum nrarum Conventibus ad Preces MAGNIFICI PRINCIPIS ET DMNI DMNI LUDWICI DUCIS ZLEZIE: DNI BREGENSIS: SORORII NRI KARISSIMI: qui Ordinem nrum & prosperum statum bonorum Ordinis nri summo & benigno zelatur affectu sub cujus alarum Protectione suavissima cum villis domibus & bonis nris fiducialiter requiescimus & bona Pace fovemur Vice & nomine Eccle nre Parochialis in Brega contheratas sive Plateas subnotatas - - - - - quæque ibidem Habitationes & Domus in antea ædificabuntur Temporibus affuturis Ecclesie Collegiate B. HEDWIGIS in Brega ipsiusque Prælati & Canonici per dictum DMNM Ducem Ludvvicum Fundatorem pro Cura Animarum in eadem Eccle Collegiata habenda & exercenda de certo pleno Consensu & Voluntate Reverendi in CHRISTO Patris & Dni Dni Preczlai olim Epi Wratislavienfis Pie Memorie & sui Wratislav. Capituli nihilominus accedente, donavit, assignavit, tribuit, - - - - - Actum & Datum in Generali Capitulo nro nuper Dmca Die ante Festum B. Martini Epi in Civitate Glaz de Ao. M.CCC.LXXIX. celebrato.

No. 17. HENRICUM VII. Ducem Silesiæ Bregensem, cui Cognomen Stigmatias, primogenitum Ludovici I. Duc. Sil. Bregens. F. fuisse sequ. Diplom. excerpto elucescit, quod

Ludvvicus D. G. Dux Szlezie Dns Bregen. & Olav. venditionem VI. Marcarum Bregæ an. 1383. habens ratam hoc faciat „cum expresso Consensu INCLYTII DUCIS HENRICI: PRIMOGENITI NRI KARISSIMI.

Huic nos l. c. duas uxores Tribuimus, addatur his anterior & prima HELENA DE ORLAMÜNDE: quæ an. 1369. diem suum obiit, ut ex Testimonio authentico cognoscere & colligere licet, quod Blasius Gebel. Notarius: Annotatis in Annalibus Curie Bregensis Ao. DMNI 1552. his Verbis perhibuit:

Ad An. 1546. hat man vollends das Closter auff dem Berge Ord. Prædicatorum abreumen und abbrechen lassen, also nehmlich den Chor der da eine Zeitlang nach  
(c) Abbres

Abbrechung der Kirche ist bestehen blieben, welchen auch zu erhalten die Stadt höchsten bemühet hat, aber nichts ausrichten mögen, dann J. F. Gn. ihre Ursachen warum Sie es befohlen gehabt, ist derhalben alles so darinn befunden worden. am 17. Tag Junii herausgeräumt, und weil denn allda in selbigem Chor ein Fürstl. Begräbniß befunden, hat man dasselbe abgebrochen, darinnen nichts denn etliche Gebeine gefunden, welches weyland der Durchl. Fürstin und Frau Helena: herzog Heinrichs des Älteren Gemahls gewesen, wie aus dem Epitaphio in der Wand gegen dem Chor befunden, also lautend:

A. M. CCC.LXIX. in die S. Gervasii & Prothasii: Generosa HELENA DE ORLAMÜNDE: obiit in Dno Inclyti Principis Henrici Majoris Coniux: Materque Junioris hic sepulta.

Welche Gebeine und Reliquias man in einen neuen Sarg hat einschlagen lassen, an welchem nachfolgender Text auff ein Pergament geschrieben per me Blasium Gebel auf geleimet ist also lautend:

A Nativitate CHRISTI 1546. anno die vero 18. Junii solenniter translata sunt ossa quorundam Antiquorum Principum Legnien. & Bregens. ac SERENISSIMÆ DUCIS-SÆ & Dnæ HELENÆ DE ORLAMÜNDE: Inclyti Henrici Majoris Conthoralis & Junioris Matris, ex evacuato per revelatum Evangelium Monasterio Ord. Prædicatorum in hanc veterum Principum Sepulturam hujus Bregens. Collegii m. Imperante CAROLO V. Regnante FERDINANDO: Principe Fridrico Seniore Duce: D. Johanne a Leining: Bregens. Præfide: Petro Horto: Proto-Consule &c.

und ist folgenden Tages nemlich d. 18. Junii, welcher war der nächste Tag vor S. Gervasio aus bemeldtem Kloster mit ehrlicher Pompa Funebri durch etliche Adels-Personen in die Thum-Kirche in den Chor getragen, allda zu denen andern ruhenden Fürsten gelegt und behalten worden. (Hæc Gebelius)

An. F. Henricus Junior, de quo loquitur Inscriptio, is sit qui in ordine Henricorum, IX. Dux Zlezie: Dns in Löben & Ohlau, in Diplom. audit, vel Henricus hic in Juventute defunctus, anquirendum: supersunt plura cumulatius Dippl. fide solvenda, e.g. quaratione factum, ut in Litteris quibusdam confirmatoriis Henricus IX. qui vero ratione Terrarum quas sortitus est, minor omnino Ludovico II. censendus, primum tamen in Ordine Locum occupet. Sed & hoc & quæ de reliquis Henrici VII. Coniugibus supersunt Dubia, suo loco tollam.

#### Ad TAB. VI. GENEALOGICAM.

Quæ DUCES SUPERIORIS SILESIAE TESSINENSES: OPOLIENSES & RATIBORIENSES PIASTI POSTEROS sistit.

No. 20. Wladizlai Ducis Coslensis Uxorem fuisse BEATRICEM, Viduam Bolconis I. Ducis Silesiæ Suidnicensis, ad Tab. IV. Genealog. No. 2. anteced. Diplomatis & Synchronismi fide collegi.

No. 31. Przemislao Duci Teslinensi (extincta procul dubio prima Ducum Ossvviécimensium ex Teslinensium Gente Linea) Ducatum Ossvviécimenssem Jure Feudi Regem Bohemiæ WENCESLAUM dedisse, ab eoque Tempore inter Posteros Ducis Przemislai permanisse Diplomata testantur plura, quorum hæc summa proferam Capita:

Wenceslaus Boh. Rex: Marchio Brandenb. Ducatum Ossvviécimenssem Jure Feudi confert Przemislao Duci Teslinensi: Ao. 1372.

Johannes Dux Ossvviécimensis HEDWIGI consorti suæ super Oppido Zator & Castro Woleck ac villis Spytkovvce, Przeciczovv, Przevvcz, V. mill. marc. gross. Pragensium Dotalitii nomine obligat: Sabbato die S. Mathæi Apostoli an. 1396.

Cives



Cives Zatorienſes profitentur obedientiam HEDWIG Duciffæ Zatorienſi quoad in vi-  
vis ſuperſtes fuerit: A. D. 1398.

Wenceslaus Rom. & Boh. Rex approbat dotalitii Inſcriptionem per Januſſium Du-  
cem Oſſuiecimenſem Hedvvigi Conſorti ſuæ factam: Dat. An. 1400.

Idem confirmat Feodum Ducatus Oſſvviecimenſis Przemislao Duci Tesczinenſi A.  
D. 1407.

Diviſio Ducatus Oſſvviecimenſis inter Wenceslaum, Przemislaum & Johannem Fra-  
tres: per Nicolaum Ducem Opavienſem & alios quosdam aſſeſſores facta An. 1445.

CASIMIRUS, WENCESLAUS, JANUSSIUS & WLADIZLAUS Duces  
Zatorienſes pollicentur Regi Pol. Caſimiro ſe ad Decurſum unius anni cum nullo alio de  
eodem Ducatu Contractum inituros. Datum in Conventu Petricoviенſi Die Praſentatio-  
nis B. M. V. 1470.

Colligimus inde Johannem Ducem Oſſvviecimenſem cujus Conjux Hedvvigis, Prze-  
mislai An. 1410. defuncti juniorem forte Fratrem fuiſſe, quo absque liberis defuncto ad Prze-  
mislau natu majorem an. 1407. Ducatus iſte redierit.

No. 9. Diplomatis cujuſdam ſequens occurrit Teſtimonium:

MIESZKO DUX THESZYNENSIS, WLADIZLAI FILIUS: Arnol-  
do Capellano vendit Advocatiam in Zator: & fundandi Oppidi cum Libertatibus concedi ſo-  
litis Facultatem concedit: Dat. Oſſvviecimen. in Vigilia S. Martini Ao. DMNI  
M. CC. XC. II.

#### AD TAB. VII. GENEALOGICAM.

Quæ DUCES SUPER. SILESIAE OPAVIENSES RAITBOR. ET MON-  
STERBERGENSES PRZEMISLAI OTTOKARI REGIS BOHEMIAE V. Poſte-  
ros ſiſtit vel tranſeundo notamus,

ante Nicolaum I. ejusdem Regis F. Ducum horum omnium Parentem, & Ducem Opavi-  
enſem, alium Nicolaum Regis Wenceslai III. Monoculi F. naturalem eodem Ducatu, ut  
autores quidam tradunt, donatum fuiſſe, nec me latuiſſe, verum absque liberis defunctus  
eſt, ego vero hoc loco continua Serie Ducum Opavienſium & Ratiborienſium Gen-  
tem deſcribere, itaque a Nicolao Perzemislai Regis F. Initium capere in  
animum induxeram.

